



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Ælii Lampridii Alexander Severus, Ad Constantinum Aug.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51177)

ÆLII LAMPRIDII

ALEXANDER
SEVERUS,

A D

CONSTANTINUM AVG.

I NTERFECTO Vario Heliogabalo (sic enim
maluimus dicere quam Antoninum : quia
& nihil Antoninorum pestis illa ostendit;
& hoc nomen ex annalibus senatus autori-
tate, erasum est) ad remedium generis humani
² AURELIUS ALEXANDER, urbe Arcena genitus, Va-
rii fi-

GASAUBONUS.

I ÆLII LAMPRIDII.] Liber re-
gia bibliotheca auctorem hu-
jus vitæ facit non Ælium Lamprid-
ium, sed Ælium Spartianum. in
quo astipulatorem habet Robertum
Bononiensem: qui libri huius sum-
mam quinque capitibus complexus,
initio cuiusque illorum Ælii Sparta-
iani nomen semper præscripsit. Pu-
teani uterque cum vulgatis Ælio
Lampridio adscribit.

SALMASIUS.

I ÆLII LAMPRIDII.] Non esse
Lampridii facile credimus excerptis
Palatinæ Bibliothecæ, quæ Sparta-
no tribuunt: etsi editio quoque Me-
diolanensis habeat *Lampridii*, ut & ve-
teres plerique. nos cum illis excerptis
Spartiani esse putamus, quibus ad-
stipulatur Robertus Bononiensis, &
Palatinus vetus.

CASAUBONUS.

2 AURELIUS ALEXANDER urbe Ar-
cena genitus, Varii filius, Variæ nepos, &

consobrini ipsius Heliogabali.] Patrem
Alexandri non Varium nominat
Dio, ut Lampridius; sed Genesium
Marcianum. ipsa adscribam ejus ver-
ba in vita Macrini: ἡ Μαίρα ἡ
Ἰσλίας ἡ βασιλίδου ἀδελφὴ, δὴ
Ἰουρατίου Σοαμίδου καὶ Μαρμαρίου
καὶ δὴ ἐστὶν ἀρσενία ἕχουσα ἰσ-
μὴν ἢ οὐδὲν Μαρκεῖον Σοῦρον
καὶ δὴ Γενεσίω Μαρκεῖον Σοῦρον
καὶ αὐτὰ ὄντι συνώκοντες. quia solent à
Græcis hæ particula ὁ μὲν, ὁ δὲ, &c.
plerumque accipi, ut ὁ μὲν ad mem-
brum referant proximum, putabam
aliter accipienda Dionis verba; ut
Soamidis maritus esset Genesius
Marcianus, Mammaæ vero Varius sive
Varius Marcellus. juvabat hanc in-
terpretationem & alter huius vitæ
locus, ubi dicitur Alexander genus
suum ad Metellos retulisse: admo-
dum enim probabile est, vel *Marell-*
los auctorem hunc scripsisse; vel apud
Dionem legendum esse *Μετῶν*
pro *Μαρκεῖων*. Sane quod Lampridius
Alexandri patrem Varium nomi-

in filius, Variæ nepos, & consobrinus ipsius Helio-
gabali, accepit imperium, quum ante Cæsar à senatu
esset appellatus, mortuo scilicet Macrino, Augustum-
que

minat, non leve argumentum sit, Dionis verba non aliter debere accipi. repugnat tamen huic interpretationi manifesto alter locus qui in ejus Excerptis habetur: nam ibi dicitur natus dicitur Alagabalus ἐκ τῆς Σοαμίδος Οὐαείας τε Μαρκέως ἀδελφῆς ἰσχυρῆς sed vereor ne auctor illorum Excerptorum usum communem Græce loquentium secutus illa scripserit, potius quam historiam certam. ARCAENA VRBS, inferius nominatur ARCA CÆSAREA, quia, ut scribit Victor, huic loco duplex nomen, Arca & Cæsarea. Ptolemao inter Phœnicæ mediterraneas urbes nominatur Ἀρχα, sive Ἀρχη aut Ἀρχη. ut & Georgius Monachus Arca numero multitudinis nominat. nam ait Alexandrum ἐκ Ἀρχαίς τῶν Φοινίκων περὶ τὴν αἰ. rectè Stephanus in Urbibus: Ἀρχη, πόλις Φοινίκων, ἢ τὴν Ἀρχη γαλιμαίην. Cave confundas cum eruditis viris urbem hanc cum alia, quam Xiphilinus ex Dione nominat Ἀρχη in Severi historia. nam hæc quidem Alexandri patria, Phœnicæ in Syria fuit: illa vero Assyriæ, ubi Ἀρχη collocat Strabo, & Moses quoque Arca in terra Senaar Babylo-
ni vicinam facit, Geneleos capite decimo. Diveria etiam est, etsi non longo intervallo distita, urbs Arcis, sive ארצו קרית cuius mentio apud Chaldaeorum paraphrasten librorum sacrorum. Judæa enim hoc oppidum fuit, quondam Kiriath-sepher, postea Dabit dictum. Nominatur & Arca in Palæstina, Josepho: de qua multa alibi.

Et consobrinus ipsius Helio-
gabali.] Hæc constans sententia fuit multo-
rum; at non tamen omnium. scribit
infra Lampridius: Dicit Dexippus

fuisse patrum Antoninum Helio-
gabali, non uxoris sororis ejusdem fi-
lium. ostendit his verbis Lampridius
duplicem fuisse veterum traditionem
de cognatione Helio-
gabali & A-
lexandri. non enim defuisse qui A-
lagabalum hujus patrum facerent;
contra quam vulgo alii esset proditum,
quid autem vulgo creditum
scriptumve? nempe quod hic dicitur;
consobrinos invicem fuisse, duarum
sororum filios, Soamidis & Mam-
mæ, filiarum Mæsa. omnino du-
bium nullum est, quin paucissimis
exceptis, ita omnes prodiderint. Quid
igitur sibi vult Lampridius illis ver-
bis? non uxoris sororis ejusdem filium.
profectò ne ipse quidem Lampridius
hæc ita scripta intelligat. neque enim
non sunt. Lego, non sororis ejusdem
matris filium. hoc vulgo persuasum
omnibus, ut diximus: hoc igitur &
Lampridius scripserat.

2 Mortuo scilicet Macrino.] In He-
liogabalo, Alexandrum CÆSAREM se-
natus Macrino interempto appellaverat.
idem in vita Macrini.

SALMASIVS.

1 Et consobrinus ipsius Helio-
gabali.] Eadem excerpta cum Palatino: ipsius
Gabali. ex quo apparet quibusdam
convitii loco non Helio-
gabali, quomodo vocabatur, sed Gabalum
dictum fuisse, quod convitii instar
obtenebat illo tempore, in hominem
cruce vel gabalo dignum. in versibus
Macrini supra habuimus:

Qualis Latinus Gabalus iste fuit.

Servius: Gabalus Romanus imperator solem
se dici voluit: nam Helio-
gabali est dictus. quibus verbis doctissimi Grammatici
satis patet Gabalum etiam vulgo
fuisse vocatum Helio-
gabali. quod & hic locus confirmat, sic in omni-
bus libris scriptus, ut posuimus.

K k k

1 Iff

que nomen idem recepit: addito eo ut & patris patriæ nomen & jus proconsulare & tribunitiam potestatem, & jus quintæ relationis, deferente senatu, uno die asumeret. Et ne præceps ista honorum continuatio videatur, exponam causas quibus id & senatus coactus est facere² & ille perpeti. Non enim aut gravitati senatus congruebat omnia simul deferre, aut bono principi raptum ire tot simul dignitates. Milites jam infueverant sibi imperatores & tumultuario iudicio facere, & item facile mutare,³ afferentes nonnunquam ad defensionem se idcirco fecisse quod nescissent senatum principem appellasse: nam & Pescennium Nigrum, & Clodium Albinum, & Avidium Cassium, & antea⁴ Lucium Vindicem, ⁵ & L. Antonium, & ipsum Severum, quum senatus jam Julianum dixisset principem, imperatores fecerant: atque ista res bella civilia severat, quibus necesse fuit⁶ militem contra hostem paratum parricidaliter perire. Hac igitur causa festinatum est⁷ ut omnia simul Alexander, quasi ve-

TUS

CASAUBONUS.

¹ *Ista honorum continuatio.*] Non vulgaris Latinitas, continuare honores, pro continenter & simul omnes largiri. de istis autem honoribus antea dictum nobis.

² *Et ille perpeti.*] Et hoc novum, perpeti, pro pati ut aliquid fiat.

⁴ *Lucium Vindicem.*] Julium Vindicem aut G. Julium Vindicem nominatum hunc semper reperies. prænomen LVCIVS alibi non legas. & fortasse *Julium* scripserat Lampriidius.

⁵ *Et L. Antonium.*] Suetonius in Domitiano, capite sexto.

⁶ *Militem contra hostem paratum, parricidaliter perire.*] Neque hoc vulgaris elegantia: nam vulgo hostis dicitur quicumque infesto animo in alium fertur: hic de exteris tantum hostibus accipitur, qui Romani cives non sint. Antiquissima hæc notio est

eius vocis: nam veteribus Latinis, hostis idem ac peregrinus & *domestico*. bellum autem civile vocat parricidium. aliter exponunt hæc viri doctissimi: quibus non assentimur.

SALMASIUS.

³ *Afferentes nonnunquam ad defensionem.*] Vetus editio: ad differentes nonnunquam. forte: id adferentes nonnunquam ad defensionem.

⁷ *Ut omnia quasi verus jam imperator acciperet.*] Præferimus lectionem Palatini codicis, & veteris editionis: quasi jam verus imperator, omnia enim illa potestatum insignia, non acetivatum recipiebant & congestim novi imperatores, sed nonnulla ex illis interdum differebant. rationem igitur hoc loco reddit Spartianus, quare Alexander simul cum imperio tot dignitates & honorum insignia quasi raptum iverit, cum nec cunctas simul,

tus jam imperator, acciperet. Huc accessit nimia & senatus & populi inclinatio post illam cladem quæ non solum Antoninorum nomen decoloravit, sed etiam Romanum dehonestavit imperium. Certatim denique omnia decreta sunt & nominum genera & potestatum. ¹ Primus denique omnium cuncta insignia, & honorificentia genera simul recepit, suffragante sibi met Cæsaris nomine quod jam ante aliquot annos meruerat: & magis suffragante vita & moribus, quum illi magnum conciliaffet favorem quod eum Helio-gabalus occidere conatus est, ² nec potuit & militibus repugnantibus & senatu refragante. ³ Atque hæc parva sunt nisi quod dignum se exhibuit quem senatus servaret, quem salvum milites cuperent, quem omnium bonorum sententia principem diceret. Alexander igitur cui Mammæa mater fuit (⁴ nam & ita dicitur

mul, nec nisi sero reliqui imperatores quasdam ex illis honorificis appellationibus reciperent. non primus tamen Alexander ista honorum, ut heic loquitur Spartianus, continuatione usus est, sed jam multo ante idem Pertinaci decreverat Senatus, aut ipse rapuerat. *vetus autem imperator pro eo qui jam pridem imperium sumpsit. sic *vetus cæcus* Spartiano, qui diu in cæcitate fuit. aliter *vetus consul*, dicitur qui consul fuit, ex consule: & *vetus imperator*, ex procuratore. quam loquendi formam etiam hodie retinemus.*

CASAUBONUS.

¹ Primus denique omnium cuncta insignia & honorificentia genera simul recepit.] Hoc falsum: nam idem factum & in Pertinace, ut in ejus vita dictum est.

² Nec potuit & militibus.] Scribe, nec potuisset, militibus repug. & s.

³ Atque hæc parva, nisi quod dignum se exhibuit, quem senatus servaret.] Ita loquitur & Julius Capitolinus in

Marco Antonino: *Et parum sanè fuit quod illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit; nisi quod etiam sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit.* Sic accipe illa, nisi quod, & apud alios scriptores: etiam cum non præcedit parum hoc, ut in duobus præcedentibus exemplis. Solinus Polyhistor, capite xi. *Quicquid Sicilia gignit, sive soli, sive hominis ingenio, proximum est iis quæ optima judicantur: nisi quod factus terra Centuripino croco vincitur. nisi quod, isto loco & similibus significat, τὸ δὲ μέγιστον, & quod præcipua dignum prædicatione. Omisit has voces nisi quod, in gemina locutione Capitolinus, cum scriberet in Gordianis: Atque parum fuit quod senatus judicaverat: illud populi judicium fuit, quod occisi tracti sint & in cloacam missi.*

⁴ Nam & ita dicitur à plerisque.] Nempe Alexander Mammææ: melius Græci ὁ Μαρμαίαιος, vel Μαρμαίαιος: nam utroque modo scribitur hoc nomen. Latini interdum etiam *Mammaum* nominant, ut Euthymius

tur à plerisque) à prima pueritia artibus bonis imbutus, tam civilibus quàm militaribus: ne unum quidem diem sponte sua transire passus est, quo se non & ad literas & ad militiam exerceret. Nam in prima pueritia literatores habuit Valerium Cordum & L. Veturium, & Aurelium Philippum libertum patris, qui vitam ejus postea in literas misit. ² Grammaticum in patria Græcum Nebonem, rhetorem Serapionem, ³ philosophum Stilionem: ⁴ Romæ grammaticos, ⁵ Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum: rhetores Julium Frontinum, ⁶ & Bæbium Macrinum & Ju-

thymius in Panoplia, loquens de librorum sacrorum versionibus. incidit enim in depravatos jam tum Theodoretii codices Græcos, ubi hodieque & *Μαυριμας* perperam scriptum pro & *Μαυριμας*.

¹ Et Lucium Veturium.] Scribe, Titum Vet. ex scripta lectione, & quibusdam editis.

² Grammaticum in patria Græcum Nebonem.] Professione Græcum, sed ortu Syrum: quod nomen arguit. Nebo enim proprium apud Syros viri nomen. erat & deus Babyloniorum Nebo, vel Nabo, de quo Isaias propheta, capite XLVI. etsi eam vocem aliter ibiquidam sunt interpretati.

³ Philosophum Stilionem.] Non aliter membranæ hoc nomen scribunt. quod tamen si Græcum est, *Stylionem* scribam, aut *Stilponem*.

⁴ Romæ grammaticos Scaurinum Scaurini filium.] An isti orti ab illis antiquis nobilissimis grammaticis Scauro patre & ejusdem nominis filio, quorum meminit Capitolinus in Vero imperatore?

GRVTERVS.

¹ Et Titum Veturium.] Ita & scripta lectio utriusque Palatini, non Lucium.

² Grammaticum in patria Græcum Ne-

bonem, rhetorem Serapionem, &c.] Pall. ambo Nebonem.

SALMASIUS.

² Grammaticum in patria Græcum Nebonem.] Nomen Syriacum Nebo. Palatinus liber heic legit: Nebonem. scribe, Neonem. Neon Neion no- men Græcum. vetus inscriptio:

C. CLODI. C. L. HILARI
AMINÆ. CLODIÆ. L.
NEONIS. CLOD. PHILARC.
POSIDIS HELENI. Θ.

in alia Neoniarus quidam nominatus Cæsaris verna.

⁵ Scaurinum filium.] Excerpta: Scaurinum. omnino scribendum: Scaurinum, Scaurini filium. Nobilis ille Grammaticus Scaurus qui Hadriani temporibus vixit, habuit filium Scaurinum, qui Veri imperatoris Marci fratris præceptor fuit: qui quidem Scaurinus & Scaurinum habuit hunc filium Alexandri Severi Magistrum. Capitolinus in Vero: audivit Scaurinum Grammaticum Latinum, Scauri filium, qui Grammaticus Hadriani fuit. ita enim illo loco vetus & optimus liber, non Scaurum Grammaticum, ut vulgo habetur. non dubium igitur quin illius Scaurini qui Scaurum patrem habuit filius fuerit hic Scaurinus Alexandri Severi magister.

⁶ Et Bæbium Macrinum.] Et Bæbium Macrinum. ita Palatinus.

1 Coni.

& Julium Granianum, ¹ cujus hodieque ² orationes declamatae feruntur. Sed in Latinis non multum profecit, ut ex ejusdem orationibus apparet quas in senatu habuit vel in concionibus quas apud milites vel apud populum: nec valde amavit Latinam facundiam, sed amavit literatos homines, ³ vehementer eos etiam reformidans, ne quid de se asperum scriberent. ⁴ Denique eos dignos adesse jubebat: ⁵ singula quaeque quae publice privatimque agebat, se ipso docente volebat addiscere, si forte ipsi non affuissent: ⁶ eaque petebat, ut, si vera essent, in literas mitterent. Dominum se ⁴ appel-

¹ Cujus hodieque orationes declamatae feruntur.] Nova haec locutio, orationes declamatae pro declamationibus: quam non vitio carere arguunt veteres libri qui illud orationes non agnoscunt. sed declamatae habent tantum, hoc modo: cujus hodieque declamatae feruntur. declamatae autem sunt declamationes. ut instituta est institutio apud Ammianum Marcellinum. sic remissa pro remissione antiquis patribus. sic supra pro ultione Ovidio, de quo & supra aliquid retigimus. sic puncta pro punctatione Vegetio: & caesa pro caesione.

³ Vehementer etiam eos reformidans.] Melius distinxeris hoc pacto: nec valde amavit Latinam facundiam, sed amavit literatos homines vehementer, eos etiam reformidans ne quid de se asperum scriberent.

⁴ Denique eos dignos adesse jubebat.] Mendosissimus locus, & qui mea opera non fiet emendatior: nam pro desperato habeo. vetus scriptura haec est: eos digno ad adesse videbat. videant acutiores an ad veram aliquam conjecturam per haec vestigia pervenire possint. Juretus noster legendum putabat: denique eos dignoscere jubebat. sed videtur retinere libri. atque ita etiam in veteri editione scriptum. ego nec spem salutis ullam, nec rationem medendi video.

⁶ Eaque petebat.] Eoque petebat. ita

excerpta Spartiani & Pal. forte: eoque petebat. pro ab iis. Latinitas illius temporis.

GRUTERUS.

¹ Cujus hodieque declamatae feruntur.] Sic reposui fide utriusque codicis Palatini. nam in aliis edd. adest adhuc vox; hodieque orationes declamatae feruntur. nempe jam saepe ostendimus ejus saeculi auctores haec talia subintelligere solitos. sic & supra dixit, albas, pro gemmis; & infra habebimus templum Praenestinae, subaudi Dea.

⁴ Denique eos dignos adesse jubebat: singula quaeque quae publice privatimque &c.] Palatinus uterque: Denique eos digno adesse videbat singula quaeque quae publice privatim agebat, &c. emendatissime secundus: Denique eos digno addiscere videbat. singula, &c. nihilo melius quam vulgg.

CASAUBONUS.

² Orationes declamatae.] Declamationes ita nominat *κλιμαξ*.

⁴ Denique eos dignos adesse jubebat.] Fortean *βίμος* adesse. quae Petri Fabri conjectura est.

⁵ Singula quaeque quae p.] Malim hanc periodum ita concipi: singulaque quae publice privatimque agebat, se ipso docente, volebat eos discere, si forte ipsi non affuissent.

appellari vetuit. ¹ Epistolas ad se quasi ad privatum scribi iussit, servato tantum nomine imperatoris. Gemmas de calciamentis & vestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus: veste (ut & pingitur) alba usus est, nec aurata, ² penulis togisque communibus. Cum amicis tam familiariter vixit ³ ut communis esset ei saepe confessus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos; ⁴ salutaretur verò ⁵ quasi unus de senatoribus, patente velo, admiffionalibus remotis, ⁶ aut solis iis qui ministri ad fores fuerant: ⁷ quum antea salutare principem non liceret,

quod

¹ Epistolas ad se quasi ad privatum scribi iussit.] Non onustas titulis qui vulgo imperatoribus, etiam in epistolis familiaribus, nedum publicis, tribui solebant; sed hoc solum, ALEXANDRO IMPERATORI. Dio in Macrino eam partem epistolæ vocat, τὸ ἂν ἐπιστολῆς ἀποδείξιον. idem in Commodum factum illius, moderationi & civilitati Alexandri plane contrarium, fuse describit.

³ Ut communis esset ei saepe confessus.] Infra, Salutatus confessum obtulit omnibus senatoribus.

⁴ Salutaretur verò quasi unus de senatoribus.] Junge his inferius scripta: Salutabatur nomine, hoc est, Ave Alexander: si quis capui flexisset, aut quid blandius alicui dixisset, uti adulator, vel abjiciebatur, vel ridebatur ingenti cachinnis. In salutationibus vel maxime morum suorum specimen dare soliti principes Romani: inde est quod de eo more tam frequens apud auctores mentio.

⁷ Cum antea salutare principem non liceret.] De superbis tantum principibus accipiendum, non in universum de omnibus.

SALMASIUS.

² Penulis togisque communibus.] Pænulas nunquam habuisse imperatorem scriptum reliquit in Hadriano Spartianus. Nam illi adhuc privato quum Tribunus esset, factum omen

imperii & perpetuæ tribunitiæ potestatis ex eo, quod pænulas amissit, quas Tribuni plebis plurius tempore gestabant, imperatores vero nunquam. cur igitur heic pænulas imperatori tribuit? more suo pænulas posuit pro lacernis. si *μαυδίη* est pænula, pænulas etiam induerint plurius tempore Augusti. Dio de Tiberio: *ὕπερ δὲ ἐν πανηγύρεσσι τοῖς ῥωμαιοῖς φορεῖν μαυδίην ἐπέδειξεν*. sed *μαυδίη* apud Dionem non pænulam sed lacernam esse supra ostendimus. nam lacernas etiam togæ superinduebant per ludos si quando plueret. Juvenalis:

— pingues aliquando lacernas,
Munimenta roga.

⁵ Quasi unus de senatoribus.] Quasi unus de senatoribus. ita Pal.

⁶ Aut solis iis qui ministri ad fores fuerant.] Ministri ad fores, & ministri à foribus, sunt ostiarii vel janitores. sic enim ministri ad fores dicuntur, ut servi ad vestem, ad manum, & ministri ad pocula. præter admiffionales autem, fuere etiam velarii qui ad velum, & ostiarii vel ministri ad fores, & cancellarii, qui ad cancellos. Tertullianus vocat januarum cancellorumque potestates. Alexander vero admiffionalibus remotis, & solis relictis ministris ad fores, salutabatur ab omnibus. sed de hoc in libro de officiis domus Augustæ.

I. Quid

quod eos videre non poterat. Et erat corporis venustate

CASAUBONUS.

1 Quod eos videre non poterat.] Scrib. quod e. v. nemo poterat.

GRÜTERUS.

1 Quod eos videre non poterat.] Forte non erat.

2 Et erat corporis venustate decorus, ut hodieque in picturis & in statuis videmus. Fuit & statura militaris.] Verba ficta, si credimus Palatinis. primus enim: Et erat ejus corporis, ut prater venustatem aculem quem hodieque & in pictura & in statuis videmus, decorum esse rubrum staturæ militaris. & sic quoque ferè Pal. alter, nisi quod is à prima manu venustate maculam, item picturæ & correctamque à recentioribus, venustatem macula, quam hodieque & in pictura.

SALMASIUS.

2 Et erat corporis venustate decorus, ut hodieque in picturis & in statuis videmus.] Ut appareat, non esse hanc sinceram, qualis est ab auctore relicta, scripturam, sed eam quæ à correctoribus est interpolata, producā in medium veterem lectionem quemadmodum in libris scriptis & antiquis editionibus exarata repperi: & erat ejus corporis, ut prater venustatem aculem quem hodieque & in pictura & in statuis videmus decorum inesse staturæ militaris robur militis. sed facile illis ignosco si ex istis tam fœde corruptis, non qualem voluerunt, sed qualem potuerunt lectionem concinnarunt. an felicior fuerim nescio, sic tamen hunc locum reconcinnavi: & erat ejus corporis, ut prater venustatem, qualemque hodieque & in pictura, & in statuis videmus, decorum, inisset staturæ militari robur militis. quorum verborum hic est sensus: Alexandrum prater venustatem decorumque corporis, staturæ etiam fuisse militaris, cui & robur inisset militis. non enim omnes, qui staturam habent militarem, par & illi staturæ robur possident. utrumque autem

fuit in Alexandro, & statura, qualis exigebatur in milite, & vires quæ staturæ responderent. militaris autem statura legitima in probatione tyronum, sex pedes fuerunt, aut quinque cum denis unciis. Symphosius in ænigmatis:

Ballipotens olim sævis metuendus in armis

Sex pedes habui, quos nunquam nemo negavit.

ita vetus & optimus liber, nam vulgo quinque pedes. sed hæc statura militaris erat. primam autem in pedes produxit illius sæculi more. de quo nos alibi, aliter etiam aliquando verbum illum Symphosii accipiebamus. interdum quini pedes & uncia senæ sufficiebant tironi qui probandus esset, ut in militiam reciperetur. Dositheus in sententiis Hadriani: αὐτῶντες πῶς ἴνα κρατῶν, Ἀδριανὸς εἶπεν, πᾶ θελῶς κρατῶν; ἑμὴν λίγον, & εἰς τὸ πραιτωρίον Ἀδριανὸς ἐξήτεισεν, ποῖον μὴν ἔχῃ; πίντε πόδας ἢ ἡμῖν. & hoc quidem fortasse multi sciunt, illud non item, mensuram ad quam exigebatur proceritas & statura tyronum, incommam vel incommam vulgo fuisse appellatam. Vegetius lib. I. cap. V. Proceritatem tyronum ad incommam scio semper exactam: ita in libris suis veteribus esse scriptum notant viri docti. vidè & librum bene vetustum in quo planis litteris exaratum fuit: ad incommam scio semper exactam. ita & duo libri habuere, ex quibus mihi varietates à se collectas communicavit Franciscus Juretus. Glossæ Isidori hanc lectionem & comprobant & explicant. incommam, mensura militum: videtur autem palus quidam mensuralis in castris ad hanc rem fuisse olim positus & defixus, ut ad eum admotis qui ad militiam deligebantur tironibus, vel qui sponte ad militandum accedebant, an statura justa ac legitima essent, examinaretur. ἐξήτειν πεί-

nustate decorus ut hodieque in picturis & in statuis videmus. ¹ Fuit & staturæ militaris : robur militis, valetudo ejus qui vim sui corporis sciret ac semper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis : & ab aliis pius appellabatur, ab omnibus certè sanctus & utilis Reip. ² Huic fors in templo Prænestinae

ταλον Græci dicunt, palum defigere. hinc ἔσχυμα, palus in terram defixus. ἔσχυμα quidem vulgo τὸ παροσκομμα & offendiculum significat. non dubito tamen quin & vulgari loquendi consuetudine, palum etiam ita appellarint. nam & σκόλοψ, quæ vox palum significat, etiam ἀντὶ τῷ ἔσχυματὶ vel παροσκομματὶ usurpabatur. sic & σκάνδαλον cum propria significatione Græcis sit πάτιον, pro offendiculo usurparunt passim, ut & σκῶλον cujus eadem significatio fuit Hesychius : σκῶλον, ῥάβδος, σκάνδαλον. σκόλοψ, πάτιον. sic σκάνδαλον, & palum & impedimentum vel offendiculum designat. ἔσχυμα quoque utrumque significabat. & vere quidem ἔσχυμα fuit, palus ille mensuralis, ad quem statura tironum exigebatur, nam si qui militiæ nomen dare cupientes, ad palum illum admoti, infra militarem staturam inventi essent, repellebantur. posset aliquis existimare ἔσχυμα etiam dictum quod incisuras quasdam & κρημμάτα haberet, quibus pedum & unciarum notæ distinctæ essent & designatæ. sic enim omnino factum oportuit, ut ad verum sciri posset, quot cuique pedes & uncia deessent, ad explendam staturam quæ requirebatur. idque in omnibus ponderum, & mensurarum generibus obtinuit ut notis, & numeris distinguerentur, punctisque vel lineis quibusdam indicarent quantum caperent & penderent. Galenus de oleariis mensuris : αἷς εἶναι τὰς πλείους ἐσχύας κ. αἷς εἰς τὰ πολὺ τὰς κέρα (εἰ μεταβῶσιν

ἐπιτελεῖται) ἔξωθεν γραμμῆς π. σὺν κυκλοπρίσιν. & lib. v. de compositione φαρμάκων τὸ κ. ἔσχυμα : ἐσχύμα Ἰαλινῆς αἰς τὸ τὸν κρημμάτῳ κέρασιν. & lib. iii. ἐστὶ δὲ παρ' αὐτοῖς μέτρον ἐν ᾧ τὸ ἑκατὸν μετρεῖται ἐν ἐπιτελεῖται γραμμῆς διαμέτρῳ τὸ σύμπαν εἰς μίαν ἐκδοχὴν. idem igitur fuit & in mensuris quæ longitudinem metiuntur. sic peritica metatorum sua κρημμάτα habuerunt. sic palus vel mensura illa ad quam exigebatur statura tironum, ἔσχυμα ab eadem fortasse ratione dicebatur. Incommam dixit Vegetius, ut malagmam de re veterinaria idem. sic sibiham Plautus. sic cymam dicebant τὸ κύμα, & alia quæ numero non est comprehendere. incommam autem est ἔσχυμα. ut in cori lapides in Agri mensuris sunt ἔσχυροι. & in coriæ Isidoro, αἰς ἀσχυροί. sed quodcumque sit, nemo negare possit, quin suam rectamque Vegetio lectionem restituerimus & recte explicaverimus. vulgo legebatur : ἀ Consul Μάριο. ineptissime. alii quondam, alii commodam scribebant. nemo bene.

C A S A U B O N U S.

¹ Fuit & statura militaris.] Vegetius libro primo, capite quinto, & nos alibi plura notavimus.

² Huic fors in templo Prænestinae extitit.] Fortasse extitit : ut dicebamus ad Hadrianum, & Prænestina. de fortibus Fortuna Prænestinae M. Tullius, & alii multi.

S A L M A S I U S.

² Huic fors in templo Prænestinae extitit.] Vetus editio : in templo Prænestinae

talis extitit, quum illi Heliogabalus infidiaretur,

— *Si quæ fata aspera rumpas,*
Tu Marcellus eris.

1 Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato 5
apud Arcenam urbem Alexandro Magno, natus esset,
2 quum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore
patriæ solennitatis implendæ causa venisset. cui rei
argumentum est, quod eadem die natalem habet hic
Mammææ Alexander, qua ille Magnus excessit è vita.
Delatum sibi Antonini nomen à se natu recusavit, quum
hic magis affinitate Caracalli jungeretur, 3 quam ille
He-

in fine Vestæ. sed Vestam Prænestinam nullam scio: nec eam lectio- nem agnoscunt libri scripti.

CAS AUBONUS.

1 Alexandri nomen accepit.] Longè aliter hujus nominis causam explicat Dio, quem vide. initio vocabatur non Alexander, sed Alexianus, auctore Hadriano.

3 Eadem die natalem habet hic Mammææ Alexander, qua ille Magnus excessit è vita.] Malim, eandem diem, etsi alterum ferri potest. Utinam vero diem quam intelligit, character certo designasset: nam tempus mortis Alexandri, parum perspicue veteribus indicatum, scimus quam variè doctissimi viri hodie prodant. Joannes vero Chrysostomus non obscure affirmat, diem quo Alexander Magnus excessit, certo indicari non posse. sic enim scribit homilia xxxvi. in posteriorem ad Corinthios: πῆ, ἐπὶ μῆ, τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου; δειξὸν μῆ, τὴ ἐπὶ τῆν ἡμετέραν καὶ ἰὼ ἐπὶ τὸν θῆσαν.
Ex iis quæ infra de spatio vitæ scribuntur, possis cum Onuphrio dicere, natum esse Alexandrum Mammææ 17. Kal. Julii. sed non nimis huic ἐπιλογισεῖσθαι fidendum.

4 Cuius hic magis affinitate Caracalli jungeretur, quàm illo Heliogabalo subditivus.] Censeo inducendam vocem Heliogaba-

lus, ut è glossemate profectam. Ceterum nisi aliquid afferatur hodie incognitum, ex quo possit colligi, patrem Alexandri aliqua cognatione Severum aut Caracallum attigisse; causâ dici non potest, quin isto loco nugæ agat Lampridius. Nam eodem plane modo ad Caracallum pertinebant A- lagabalus & Alexander; per Mæsam nempe aviam, sororem Juliæ uxoris Severi. Sed non uno loco prodit hic scriptor, quam securus de Alexandri stemmate, ad vitam hanc scribendam accesserit. abusum vocis affinitas, sæpe notavimus.

SALMASIUS.

2 Quum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore patriæ solennitatis implendæ causa venisset.] Palatinus & editio Med. quum casu illuc die festo Alexandri cum uxore patriæ solennitatis implendæ causa ut venisset. forte: quum casu illuc die festo Alexandri cum uxore pater, solennitatis implendæ causa venisset, vel pater ejus. & id verum est.

5 Quam ille Heliogabalus subditivus.] In Palatino, subditivus. Glossæ: ὑπο- ἑολιμῆς, subditivus. sic in superiore vita Heliogabali, ipsum vocat subditivum Antoninum, qui locus misere corruptus in vulgatis editionibus legebatur.

GRUTERUS.

5 Quam ille subditivus.] Antea cusi, Kkk 5 qu. m.

Heliogabalus subditivus (ut Marius Maximus dixit in vita Severi) nobilem Orientis mulierem Severus, cujus hanc genituram esse compererat, ut uxor imperatoris esset, adhuc privatus & non magni satis loci, duxit uxorem. Ex qua affinitate hic Alexander fuit, cui vere per matrem suam consobrinus Varius Heliogabalus fuit. Recusavit & Magni nomen, quod ei ⁶ quasi Alexandro est oblatum senatus iudicio. ⁷ Interest retexere orationem qua nomen Antonini & magni delatum sibi à senatu recusavit: quam priusquam referam, ³ addam acclamationes senatus quibus id decretum est. ⁴ Ex actis urbis ad pridie nonas Martias ⁵ Quum senatus frequens in Curiam, hoc est ⁶ in ædem Concordiæ ⁷ templum inauguratum, convenisset, ⁸ rogatusque esset Aurelius Alexander Cæsar Augustus

quam ille Heliogabalus subditivus. sed alteram vocem non agnoscit Palatinus, habetque aperte, subditivus.

¹ Quod ei quasi Alexandro est oblatum.] Pal. abest illud quod bene; dummodo etiam tollatur est.

² Interest retexere orationem, &c.] Pal. relegere.

⁷ Templumque inauguratum.] Sic & Palat. noster. aberat prius enclitica que, in qua plurimum energia.

⁸ Rogatus ut concineret.] Non aliter Pal. & videtur vox illius ævi, accommodata eis qui voto suo aliorum votis sententiisque suffragabantur.

SALMASIUS:

² Interest retexere orationem.] Vetus editio: relegere, perperam.

³ Addam acclamationes senatus.] Addam etiam acclamationes senatus. v. ed. Med.

⁴ Ex actis urbis ad pridie nonas.] Scribe & distingue: ex actis urbis. A. D. pridie nonas quum Senatus frequens in curiam, &c. A. D. pridie est ante diem pridie. sic enim loquebantur. Valerius Probus de Notis: A. D. P. Ante diem pridie. sic ante diem pridie no-

nas, est quod Græci dicunt, ἡμέρας πρὶν ἡμέρας.

⁶ In ædem Concordiæ templum inauguratum.] Lege, ex Palatino: in ædem Concordiæ, templumque inauguratum.

CASAUBONUS.

⁴ Ex actis urbis ad pridie Nonas Martias.] Scribendum, a. d. pridie N. M. ante diem pridie N. nam ad ineptum est.

⁵ Cum senatus frequens in Curiam, hoc est, in ædem Concordiæ, templum inauguratum, convenisset.] Erant Romæ Concordiæ plures ædes; sed non omnes ædes & templa erant inaugurata: hæc in Livii fuit porticu. quare non abs re est, quod hoc obiter monet Lampridius. qui glossemate inquinatum censent hunc locum, si ad A. Gellium adierint, libro xiv. cap. vii. facile errorem suum agnoscent. Regius, templumque in aug.

SALMASIUS.

⁸ Rogatusque esset Aurelius Alexander ut concineret, ac primo recusasset.] Concineret hoc loco, est consentire. nec recte facit vir doctissimus qui mutat in

stus ' ut concineret, ac primò recusasset, quod sciret de honoribus suis agendum, deinde postea venisset, acclamatum: *Auguste innocens, dii te servant. Alexander imperator, dii te servant. Dii te nobis dederunt, dii conservent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt, dii te perpetuent. Impurum tyrannum & tu perpeffus es, impurum & obscenum² & tu videre doluisti. Dii illum eradicaverunt: dii te servant. Infamis imperator ritè damnatus. Felices nos imperio tuo, felicem rempub. Infamis unco tractus est³ ad exemplum timoris: luxuriosus imperator jure punitus est. Contaminator honorum jure punitus est. Dii immortales Alexandro vitam:⁶ judicium deorum hinc apparent. Et quum egisset gratias Alexander, acclamatum est, *Antonine Alexander, dii te servant. Antonine Aureli, dii te servant. Antonine Pie, dii te servant. Antonini nomen suscipias rogamus. Præsta bonis imperatoribus ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorum tu purifica. Quod ille infamavit, tu purifica. Redde in integrum nomen Antoninorum. Sanguis Antoninorum se cognoscat. Injuriam Marci tu vindica. Injuriam Veri tu vindica. Injuriam Bassiani tu vindica.**

in conveniret. sic infra concinentia sunt concordantia & convenientia. ita & Græcis *συνομιαν* pro consentire & convenire cum aliquo.

CASAUBONUS.

¹ Ut concineret.] Scribe, *conveniret*. tamen in membranis *conineret*. æque mendosè.

³ Et tu videre doluisti.] Non malè quidam libri, *videre dol*.

⁶ Judicia deorum hinc apparent.] Stratonici vox est, cum trabis casu homo sceleratus periisset: *Αὐτός, δοξά, θεοί εἶσι. εἰ δὲ μνηστὴρ, δοξά θεοί εἶσι.* quod in octavo libro Athenæi exposuimus. Tertullianus De patientia, eleganter & verè: *Dens sua sibi patientia detrahit: piores enim Dominum idcirco non credunt, quia seculo regnum tandem nesciant.*

GRUTERUS.

² Impurum & obscenum & tu videre doluisti.] Sic quoque Pal. uterque. quod cum & aliis esset repertum, prætuli vulgato, & tu *videri* doluisti.

⁴ Dii illum eradicaverunt. Dii te servant.] Melius ambo Pall. *Dii te servaverunt*.

⁵ Ad exemplum timoris.] Latinius fuisset, omiſſa voce *timoris*.

SALMASIUS.

³ Et tu videre doluisti.] Eadem editio: & tu *videre* doluisti. quod non temere rejiciendum.

CASAUBONUS.

⁷ Injuriam Bassiani tu vindica.] Bassianum igitur senatus amavit, & ejus injurias vindicatum ivit? nequam. in Macrino relatæ sunt acclamationes gravissimæ in mortuum patri-

dica. Pejor Commodo solus Heliogabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec civis, nec senator, nec nobilis, nec Romanus. ¹ In te salus, in te vita, ut vivere delectet: ² Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet, & Antoninus vocetur. Antoninorum templa Antoninus dedit. Parthos & Persas Antoninus vincat. Sacrum nomen sacratus accipiat. Sacrum nomen castus accipiat. ³ Antonini nomen. Antoninorum nomen. Dii conservent. ⁴ In 8te omnia, per te omnia Antonine habemus. Et post ac-

clama-
men. Dii conservent.] Totam hanc & sequentem periodum ex libro Pateani emendavimus, cum inepte scriberetur in aliis. sed male notata sunt majores pro minoribus distinctionibus.

SALMASIUS.

¹ In te salus, in te vita ut vivere delectet: Antoninorum Alexandro vitam.] Distingue: in te salus, in te vita, ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam: ut vivere delectet & Antoninus vocetur.

² Antonini nomen. Antoninorum nomen Dii conservent.] Heic aliquid videbatur deesse, quod nobis confirmavit Palatinus in quo sic legitur: Sacrum nomen sacratus accipiat. sacrum nomen castus accipiat. Antonini nomen ut cognoscant. Antoninorum nomen Dii conservent. nec dubitari potest, quin ita suppleri reponique debeat.

GRUTERUS.

¹ In te salus, in te te vita ut vivere delectet, Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet, & Antoninus vocetur.] Retinui lectionem vulgata, sed eam feci meliorem alia interpunctione. antea enim erat: vita, ut vivere delectet: Antoninorum Alexandro vitam, ut vivere delectet, &c.

CASAU BONUS.

² Antoninorum Alexandro vitam, v.] Scribe sic hanc periodum: Antonino Alexandro vitam: ut vivere delectet, Antoninus vocetur, aut si mavis, vocator.

³ Antonini nomen, Antoninorum no-

men. Dii conservent.] Totam hanc & sequentem periodum ex libro Pateani emendavimus, cum inepte scriberetur in aliis. sed male notata sunt majores pro minoribus distinctionibus.

SALMASIUS.

⁴ In te omnia, per te omnia Antonine habemus.] Erit simile illi quod apud Dionem legitur, ut jam observarunt eruditissimi viri: τὸ τῶν ἑσπερίων τῶν ἐξ Ἰουδαίου. allusum ad proverbium Grecorum, εἰς τὴν τοῦ πατρὸς τῆς.

Albi Maxime, si vacas habere, Hoc tantum lege, namque & occupatus, Et non es nimium laboriosus. Transis hos quoque quattuor & sapisti. sic enim illius epigrammatis primus vers.

clamaciones Aurelius Alexander Cæsar Augustus: *Gratias vobis P. C. non nunc primum, sed & de Cæsareo nomine, & de vita servata & Augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, & proconsulari imperio: quæ omnia novo exemplo uno die in me contulistis.* Et quum diceret, acclamatum: *Hæc suscepisti, Antonini nomen suscipi mereatur, senatus Antonini mereatur. Antonine Auguste dii te servent, dii te Antoninum conservent: moneta nomen Antonini reddatur. Templâ Antoninorum Antoninus consecret.* Aurelius Alexander Augustus: *Ne quæso P. C. ne me ad hanc certaminis necessitatem vocetis, ut ego cogar tanto nomini satisfacere, quum etiam hoc ipsum nomen, licet peregrinum, tamen gravare videatur. Hæc enim nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ciceronem diceret mutum? quis indoctum Varronem? quis impium Metellum? Et (ut hoc dii avertant) quis non æquantem nomina*

Venticulus legendus ex veteribus membranâ. *si vacas habere, hoc est si tibi vacat salutari. habere pro acere.* quod autem ad ipsam rem attinet, idem proflus genus acclamationis habes in hac eadem vita: *Cæsar noster, Augustus noster, imperator noster. dii te servent. vacas, valeas, multis annis imperes.*

CASAUBONUS.

1 *Quæ omnia novo exemplo uno die in me contulistis.*] Jam diximus hoc non exacte verum esse. sed Alexandro facile ignoscimus: cujus intererat, beneficium senatus quàm maximè attollere. adde quod per ætatem juvenis, Syrus præfestim, & in literis Latinis hospes, si Pertinacis historiam ignoravit, invidia nulla. Lampridium qui res Pertinacis in literas miserat non excuso.

2 *Antonini nomen suscipi mereatur.*] Scribe, *Antonini nomen in suscipe: mereatur senatus: mereantur Antonini.* ita liber Putecani.

3 *Ne me ad hanc certaminis necessita-*

tem vocetis.] Dele vocem *certaminis.* auctoribus scriptis omnibus.

4 *Cum etiam hoc ipsum nomen, licet peregrinum, tamen gravare videatur.*] Alexandri nomen intelligit, quod sibi ait esse oneri: sic paullo post, *gravare me credo.*

5 *Quis impium Metellum?*] Alludit ad Q. Cæcilium Metellum Numidici F. qui P. II cognomen invenit, quod patrem suum ab exilio lachrymâ & precibus assiduis revocasset.

GRUTERVS.

2 *Antonini nomen in suscipe: mereatur Senatus, Antonini mereantur.*] Est à Putecani libro. neque aliter conjicit Lipsius noster Epist. xviii. centuria Miscellanea. prius vulgabatur alia distinctione: *nomen suscipi mereatur, Senatus Antonini mereatur, quomodo & Palatinus, nisi quod is, Antonini mereantur.*

CASAUBONUS.

6 *Quis non æquantem nomina serat digredientem in clarissimam speciem dignitatum.*] Hæc corruptissima sunt etiam in scriptis

ptis

mina ferat digerentem in clarissimam speciem dignitatum?
 9 Item acclamata quæ supra. Item imperator dixit, Antoninorum nomen vel jam numen potius, quale fuerit meminit vestra clementia: si pietatem, quid Pto Sane-
 tius? si doctrinam, quid Marco prudentius? si innocen-
 tiam, quid Vero simplicius? si fortitudinem, quid Basia-
 no fortius? ¹ Nam nunc Commodi meminisse nolo qui hoc ipso deterior fuit quod cum illis moribus Antonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus habuit, nec a-
 tatem, ² & arte hoc patris nomen incurrit. Item accla-
 matum ut supra. Item imperator dixit, Nuper certe P. meministis, quum ³ ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus, Antonini nomen

ptis manu. emendatio in qua requie-
 scam penitus nondum occurrit. erit
 tamen commoda sententia si scribas:
 quis non equantem nomina ferat, in scri-
 ptam se in clarissimam speciem dignitatum?
 vel sic potius: inferentem se in clarissi-
 mam stirpem indigniter? alii sic: degen-
 tem in clarissima specie dignitatum?

GRUTERUS.

6 Quis non equantem nomina ferat di-
 gerentem in clarissima specie dignitatum.
 Sequurus sum Pal. codicem, senten-
 tia aperta; quæ erit apertior, si de-
 tracta syllaba à voce digerentem, fiat,
 degente.

SALMASIUS.

6 Quis non equantem nomina ferat,
 digerentem in clarissimam speciem dignita-
 tum. | Faciam, quod semper in locis
 desperatis facere consuevi: propo-
 nam heic veterem scripturam, ut qui
 acumine ingenii pollent, ad veram
 lectionem eruendam inde excitentur.
 sic igitur Pal. à quo non multum
 abit diversa vetus editio: quis non æ-
 quantem nomina ferat, digerentem in cla-
 rissima specie dignitatum? ponam &
 meam conjecturam, ea tamen con-
 ditione, ut per illam non liceat in-
 geniosis esse negligentibus, si quid
 forte melius excogitare poterunt. ita

igitur hunc locum constituendam ex
 conjectura: quis non equantem nomina
 ferat digerentem clarissimam speciem digni-
 tatum? quis, inquit, ferat digerentem
 tot honorificas appellationes, & cla-
 rissimas dignitatum species, magni-
 ficis illis nominibus imparem? sicut
 & quum legerem: quis non equantem
 nomina ferat, ac indigne gerentem clarissi-
 mas species dignitatum? quod nec mecum
 mihi displicet.

1 Nam nunc Commodi meminisse nolo,
 qui hoc ipso deterior fuit. | Nescio quid
 sibi velit editio vetus quæ hanc pe-
 riodum sic concepit: nam nunc Com-
 modi meminisse nolo. sed hoc ipse detor-
 se fuit, quod cum illis moribus nomen An-
 tonini obtinuit: nihil aliud enim nisi
 mendosam videri pronuntiare licet.

2 Et arte hoc patris nomen incurrit.
 Et arte patris hoc nomen incurrit.

CASABONUS.

3 Ille omnium non solum bipedum, sed
 etiam quadrupedum spurcissimus. | Infra
 Alexander idem de Alagabalo: neque
 enim sub nobis facienda sunt, quæ sub im-
 pura illa bestia nuper facta sunt. Et ter-
 rum, Terras neglectas ab impura illa be-
 lva recepinus. & in vita Maximimi, Ad
 me confugit, qui sub impura illa bestia mi-
 litare non potuit.

præferret, & in turpitudine atque luxuria Neronis, Vitellios, & Commodos vinceret, qui gemitus omnium fuerint, quum per populi & honestorum coronas una vox esset, hunc non rite Antoninum dici, & per hanc pestem tantum violari nomen: & quum diceret, acclamatum est, Dii mala prohibeant. Hac te imperante non timemus, de his te duce securi sumus. Vicisti vitia, vicisti crimina, vicisti dedecora. Antonini nomen ornavisti: certi sumus, bene præsuminus, nos te & à pueritia probavimus & nunc probamus. Item imperator: Neque ego P. C. idcirco timo istud venerabile omnibus nomen accipere, quod verear ne in hac vitia delabatur vita, ² aut quod nominis pudeat: sed primum displicet aliena familia nomen assumere, deinde quod gravari me credo. Et quum hæc diceret, acclamatum est ut supra. ³ Item dixit, Si enim Antonini nomen accipio, possum & Trajani, possum & Titi, possum & Vespasiani: & quum diceret, acclamatum est, Quomodo Augustus sic & Antoninus. Tunc imperator, ⁴ Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis addendum. Augustus primus, primus est auctor imperii, & in ejus nomen omnes velut quadam adoptione, aut jure hereditario succedimus. Antonini ipsi Augusti dicti sunt. Antoninus idem Pius Marcum & item Verum jure adoptionis vocavit: Commodus autem hereditarium fuit, susceptum Diadumeno, affectatum in Bassiano, ridiculum in Aurelio. Et quum diceret, acclamatum est, Alexander Auguste, ⁵ dii te servant. verecundia tua, prudentia tua,

SALMASIUS.

¹ Et per hanc pestem tantum violari nomen.] In Palatino: tactum. legendum: sanctum: & per hanc pestem sanctum violari nomen.

² Aut quod nominis pudeat.] V. ed. aut nominis pudeat.

³ Item dixit si enim Antonini nomen accipio.] Si Antonini nomen accipio. 7. ed.

⁴ Video P. C. quid vos moveat ad hoc

nobis addendum.] Video P. C. quid vos moveat ad hoc nobis nomen addendum. ita legendum ex veteribus excerptis Spartiani, & Mediolanensi editione.

GRUTERUS.

⁵ Dii te servant. verecundia tua, &c.] Pal. uterque, servant si verecundia, &c. cui & optimus sensus, sed paulò obscurior.

CASAUBONUS.

⁵ Dii te servant verecundia tua, p.] Distin-

tua, innocentia tua, castitati tua. hinc intelligimus qualis futurus sis; hinc probamus. Tu facies ut senatus bene principes eligat. tu facies optimum esse iudicium senatus. Alexander Auguste, dii te servant. Tempa Antoninorum Alexander Augustus dedicet. Caesar noster, Augustus noster, imperator noster, dii te servant. Vincas, valeas, multis annis imperes. Alexander imperator dixit, Intelligo P. C. me obtinuisse quod volui, ¹ & id acceptum refero, ² plurimas gratias & agens & habens, enisurus ut & hoc nomen quod in imperium detulimus, ³ tale sit ut ab aliis desideretur, ⁴ & bonis vestrae pietatis iudicis offeratur. Post hæc acclamatum est, Magne Alexander, dii te servant. Si Antonini nomen repudiasti, Magni prænomen suscipe. Magne Alexander, dii te servant. Et quum sæpius dicerent, Alexander Augustus ait, Facilius fuit P. C. ut Antoninorum nomen acciperem: aliquid enim vel affinitati deferrem, vel consortio nominis imperialis. MAGNI verò nomen cur accipitur? quid enim jam magnum feci? quum id Alexander post magna gesta, Pompejus verò post magnos triumphos acceperit. Quiescite igitur, venerandi patres, & vos ipsi magnifici unum me de vobis esse censete potius quam Magni nomen

Distinguendum, Alexander Auguste, dii te servant. *veretundia tua, pr. &c. exposuimus ad Vulcatii Gallicani Avitiam Cassium.*

G R U T E R U S.

¹ Et id acceptum refero.] Palatinus, & in acceptum refero. non male, immo nihilo pejus scriptura altera, si non melius.

² Plurimas gratias & agens & habens.] Pal. exclusit illud gratias. & vero simile est esse à manu aliena: jam enim centies supra, hæc talia subaudita sunt.

³ Tale sit, ut & ab aliis desideretur.] Sic Pal. nam illud & malè vulgaris excludebatur.

C A S A U B O N U S.

³ Tale sit ut ab aliis desideretur.] Quod tamen non accidit: nam post Alexandrum hunc, nemo è Romanis principibus nomen Alexandri assumpsit. quanquam merebatur optimi juvenis virtus, ut ejus nomen conferretur non minus quam vel Calpurnis, vel Augusti.

⁴ Et bonis vestrae pietatis iudicis offeratur.] Scribe cum libro Puteani, afficitur, nos scribebamus, offeram.

S A L M A S I U S.

⁵ Unum me de vobis esse censete potius quam magni nomen ingerite.] Deest potius veteri editioni. & ita sæpius desideratur apud antiquos scriptores, quam

men ingerite. Post hæc acclamatum est, *Aureli Alexander Auguste, dii te servant.* & reliqua ex more. Di. 12
 misso senatu, quum & alia multa eo die essent acta, quasi triumphans domum se recepit. ¹ Multo clarior visus est alienis nominibus non receptis quam si recepisset, atque ex eo constantiæ ac plenæ gravitatis famam obtinuit. ² Siquidem uni adolescenti senatus totus persuadere non potuit: sed quamvis senatu rogante non potuerit persuaderi ut vel Antonini vel Magni nomina susciperet, tamen ob ingentem vigorem animi & mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam, SEVERI nomen à militibus eidem inditum est, quod illi ingentem in præsentia reverentiam, magnam apud posteros gloriam peperit, ³ quum eo accessisset ut de animi virtute nomen acceperit: ⁴ si quidem solus inventus sit qui tumultuantes legiones exautoraverit, ut suo loco ostendetur: in milites autem ⁵ gravissime animadvertit, ⁶ qui forte incur-

runt

quam exprimitur, & id Græcorum more.

CASAUBONUS.

¹ Multo clarior visus est, alienis nominibus non r.] Malim mutata distinctione scribi, quasi triumphans domum se recepit: multo clarior visus, alienis nominibus non receptis, quam si recepisset.

³ Cum eo accessisset, ut de animi virtute nomen acceperit.] Scribe, acciperet.

⁴ Siquidem solus inventus sit, qui tumultuantes legiones exautoraverit.] Quomodo solus? cum & Julium Casarem, & alios sæpius legiones integras exautorasse certissimum sit? an ita loquitur, quod alii principes patiens hoc remedio usi? nam scribit infra, Severitatis tanta fuit in milites, ut sæpe legiones integras exautoraverit. Quæ appellationes non igitur solus hoc ausus est Alexander: sed solus sæpe. nisi hoc est, ἀνιστορίας aut ἀφάλαγγας ἀνιστορίας auctorem compertum tenemus.

SALMASIUS.

² Siquidem uni adolescenti senatus totus persuadere non potuit.] Palatinus liber cum prima editione: siquidem uni vel adolescenti potius senatus totus persuadere non posuit.

⁴ Siquidem solus inventus sit qui tumultuantes legiones exautoraverit.] Quærunto quomodo solus, cum certum sit Julium Casarem & alios hac severitate legiones exautorandi sæpius usos esse. sed facilis responsio. Casar enim cum legiones exautoravit, nondum erat dictator perpetuus vel imperator ad eam formam qua sequentes imperatores fuere. Alexander igitur solum ex omni memoria tumultuantes legiones exautoravisse jam constituta illa reip. forma cujus penes unam potestatem & summum imperium fuit. non igitur id adscribendum vitio auctoris memoria.

GRUTERUS.

⁵ Gravissime animadvertit.] Ita scribitur.

L. 11

scribitur.

runt aliquid quod videretur injustum, ut & ipsum Iocis suis declarabimus. Omina imperii hæc habuit: Primùm, quod ea die natus est qua defunctus vita Magnus Alexander dicitur: deinde, quod in templo ejus mater enixa est: tertio, quod ipsius nomen accepit. tum præterea quod ¹ ovum purpurei coloris, eadem die natum qua ille natus est, palumbinum, anicula quædam matri ejus obtulit: ex quo quidem aruspices dixerunt imperatorem quidem illum, sed non diu futurum, & cito ad imperium perventurum. Tum præterea quod ² tabula Trajani imperatoris, ³ quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum ejus decidit. His accessit quod nutrix ei Olym-

scribi oportuit, fide Palatini codicis. nam pendet istud à superiori, ex auctoritate.

SALMASIUS.

6 Qui forte incurrerunt aliquid quod videretur injustum.] Incurrere aliquid, est committere. unde crimina quotidiana incusis Tertulliano, quæ quotidie committuntur, & levioris abollæ crimina.

CASAUBONUS.

1 Ovum purpurei coloris.] Vide in Antonini Getæ vita, & Diadumeni.

2 Tabula Trajani imperatoris.] Imperator Trajanus in tabula pictus.

3 Quæ geniali lecto patris imminebat.] Neque patris hic nomen convenit, neque matris, quod visum doctis, sine dubio legendum, parentis: αὐτῆς λέξεως. ipse explicat.

SALMASIUS.

3 Quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum ejus decidit.] Hæc ὄψα (iv non habent nec sibi possunt constare. mater Alexandri ipsum in templo per casum, cum illuc forte sollempnitatis causa venisset, peperit. tabula autem Imperatoris Trajani, lecto geniali

patris imminebat quæ in lectum ejus decidisse dicitur. hæc ratione prorsus carent. sed nec vitio carere produnt libri scripti, in quibus sic habetur: Tum præterea quod tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto patris imminebat, dum ille in templo pareret, in lectum ejus decidit. omnino scribendum: tabula Trajani imperatoris quæ geniali lecto matris imminebat, dum illa in templo pareret, in lectum ejus decidit. hæc enim ad matrem solum pertinent quæ dum in templo Alexandrum pareret, tabula Trajani quæ lecto ejus geniali imminebat, in lectum decidit, eadem illa ipsa hora, qua in templo pariebat.

GRUTERUS.

3 Quæ geniali lecto patris imminebat, dum mater eum in templo pareret.] Pal. integer, dum ille in templo pareret, ut videatur legendum, dum illam in templo illud patris notat fuisse lectum geniale domi paternæ. & nihilominus voce ea deleta, nihil decesserit sententiæ. Ceterum non possum non monere, Palatinum alterum in quo sunt excerpta, tantum nobis exhibere quæ geniali patris imminebat: adeo ut & heic videri possit lecto natum à glossa.

pias data est, quo nomine mater Alexandri appellata est. Nutritor Philippus provenit casu unus ex rusticis, quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis ejus toto die apud Arcam Cæsaream stella primæ magnitudinis visa, & sol circa domum patris ejus fulgido ambitu coronatus. Quum ejus natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum, idcirco quod hostiæ de ea villa quæ esset Severi imperatoris, adductæ essent & quas in illius honorem coloni parassent. Nata in domo laurus juxta perfici arborem, intra unum annum perfici arborem vicit. Unde etiam conjectores dixerunt, Perfus ab eo esse vincendos. Mater ejus pridie quam pareret, 14 fomiavit se purpureum dracunculum parere. Pater eadem nocte in somniis vidit ' alis se Romanæ Victoriæ, quæ in senatu, ad cælum vehi. Ipse, quum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus: 2 & primis quidem fortibus,

3 *Te manet imperium cæli terræque marisque:*

4 *Intellectum est, quod inter divos etiam referretur.*

Te manet imperium, quod tenet imperium:

Ex quo intellectum est, Romani illum imperii principem

CASAUBONUS.

1 *Alis se Romana Victoria qua in senatu.* In penetrali Curia parte Victoria erat. Herodianus lib. v. ἐπέλωσεν ἐν τῷ μισομητιῶν τῷ συκλήτῃ τῷ ὑψηλοπατρὶ τῷ εἰσὶν ἀνατιθέμεν, ὑπὲρ κεφαλῆς τῆ ἀγάλματός τῆ Νίκης. hujus Victoriae frequens mentio.

3 *Te manet imperium cæli terræque marisque.* Hæc Græce edita, in hæc fortasse verba:

Ἔως δεχθῆς σε μὲν καὶ ὀλύμπου καὶ ἰδὲ θεοῦ λαοσύνης.

Ἡ δὲ δεχθῆς σε μὲν παρκοπιτῆς δὲ καὶ κράτῃ.

vel hoc modo:

Γαῖάνων, ὑπερῶς τε καὶ ἄρανδ' ἰοῦσα ἀρχῶν.

Ἡ δὲ μὲν σε κράτῃ πάντῃ ὑπερθε κράτῃς.

4 *Intellectum est.* Ex voce cæli.

SALMASIUS.

2 *Et primis quidem fortibus.* Omnes libri uno consensu: & primum quidem fortibus. quæ omnino vera est lectio. hac constitutione, & primum quidem fortibus, nempè quæ sequuntur, *Te manet imperium, &c.* intellectum est quod inter divos referretur.

GRVTERVS.

3 *Te manet imperium cæli terræque marisque.* Malim abesse vocem ultimam; certe non comparere in alterutro Palatino, id vero testor.

pem futurum. ¹ Nam ubi est imperium nisi apud Romanos, quod tenet imperium? Et hæc quidem de Græcis versibus sunt prodita. Ipse autem quum parentis hortatu animum ² à philosophia ³ & musica ad alias artes traduceret, Vergilii fortibus hujusmodi illustratus est,

*Excudent alii spirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt causas melius, cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sidera ducent:
Tu regere imperio populos, Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, paci que imponere morem,
Parcere subjectis & debellare superbos.*

Fuerunt multa alia signa quibus principem humani generis esse constaret. ⁴ Nimius ardor oculorum & diutius intuentibus gravis, & divinatio mentis frequentissima: ⁵ rerum memoria singularis, ⁶ quam ne-

mo

CASAUBONUS.

¹ Nam ubi est imperium, nisi apud Romanos, quod tenet imperium? Trajectio est: erat enim ita planius: Nam ubi est, nisi apud Romanos, imperium quod tenet imperium? sic autem versum est duriusculè, quod feliciter Græcè dictum fuerat, ut opinor, *καὶ τὸ κράτος τῶν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων*.

² A philosophia & musica ad alias artes traduceret.] Membranæ, ad philosophiam & musicam, aliasque artes tr. potest ferri utraque lectio: sed vulgata magis arridet.

⁴ Nimius ardor oculorum, & diutius intuentibus gravis.] Lege Suetonium Tranquillum in Augusto, capite LXXIX.

⁵ Rerum memoria singularis, quam nemo nisi Acholius ferebat adjutam.] In regio lacuna est pro illis, nisi Acholius. Nescio quid hæc legerint viri docti, qui Acholium hunc Alexandri præceptorem fuisse hinc colligunt: quod falsum est: fuit enim tempore multo junior, magister admissionum Va-

leriani principis: edideratque Acronum libros plures: nam in Aureliano Vopiscus librum nonum laudat. hunc virum in rebus Alexandri exponendis diversa ab aliis sæpe tradidisse, & alibi notat Lampadius in hac vita. Legebam hæc, quam nemo, nisi Acholius, scribat adjutam. sed observavi idem loquendi genus & alibi usurpatum Lampridio: ut paulo post: Referebat Encolpius, quo illo familiarissimus usus est, illum, &c. Quare videmus an & hæc possit excusari verbum ferebat vel referebat.

GRUTERUS.

³ Et musica ad alias artes traduceret, &c.] Palat. & musica que alias artes traduceretur.

SALMASIUS.

⁶ Quam nemo nisi Acholius ferebat adjutam.] Palatinus hæc nescio quid turbat, dum legit: quam nemo nisi acholius ferebat adjutam. quam lectionem etiam vetus editio retinuit. nisi rectum sit quod editum est, quid re-

rum

mo nisi Acholius ferebat adjutam. ' Et quum puer ad imperium pervenisset, fecit cuncta cum matre ut & illa videretur pariter imperare, mulier sancta, sed avara & auri atque argenti cupida. ' Ubi ergo Augustus agere coepit imperium, primum ¹ removit judices omnes à Rep. & à ministeriis atque muneribus quos impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpissimo pro- vexerat: deinde senatum & equestrem ordinem purgavit. Ipsas deinde tribus, & eos qui militaribus nituntur prærogativis, purgavit, & Palatium suum comitatumque omnem, abjectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis & infamibus; nec quemquam passus est esse in palatinis nisi necessarium hominem. ' Jure- jurando

stum sit, divinare non possum. *ferebat* non mutandum in *scribebat*. nam positum est pro memorabat, narra- bat, & referebat. sic *anteferre* supra pro ante dicere. & *antelata* pro præ- missa, & ante dicta.

CASAUBONUS.

¹ Et cum puer ad imperium pervo.] Tò & initio periodi otiosum est, & me- lius abfit.

³ Removit judices omnes.] Id est, magistratus aut procuratores. sic sem- per inferius.

⁴ Jurejurando deinde adstrinxit.] Deest, *se*, ante verbum adstrinxit. re- ponendum ex libro Puteani.

SALMASIUS.

² Ubi ergo Augustus agere coepit impe- rium.] Manifesto scribendum ex conjectura quidem primum nostra, mox libro scripto, & principe editio- ne confirmata: ubi ergo Augustum age- re coepit imperium. sic supra Augustum no- men: & alibi, Augustus locus: & prin- cept locus.

⁴ Jurejurando deinde constrinxit ne quem ascriptum id est vacantium.] Audio quidem eruditissimos viros corrigen- tes, id est vacantem. sed magis audio

veterem scripturam, ex qua legen- dum colligo: id est vacantium. nam illa habet, *vacantium*. *vacantium* au- tem idem est quod *vacans*. illa enim forma gaudebant tunc temporis. sic *absentium* Petronio: ne vobis diu *absenti- um* essem. sic *jacantia* arbores in vete- ribus legibus, nisi fallor, Longobar- dorum. Synesius epistola quadam: *ἀεινοῦσθε τὴν βασιλείαν, ἀνέξη γὰρ με μικρὸν ὑπεβαρδύσεισθε. ἴα δὲ συνθεσέρας τῆ πολιτεία φωνῆς πλὴν αἰῶν κακίαν ἐμφατικώτερον ἐπὶ φασήσαιμι, ἔτοι καθίδραν τοῦ δπο- δεδειγμένω ἔχειν ἔ βέλον, οἱ γε πλὴν ἔσων ἀπολελοῦται, ἔ κτ' συμφο- ρὴν, ἀλλὰ αὐθαίρετοι μετὰνάσαι ἡυό- μθοι.* in diversa ille quidem se *vacan- tium* nomen posuit, sed ex qua fa- cile possit intelligi quam vim habeat, etiam in reliquis, ut in ista cui magis hæc vox propria est. nam inde mu- tuatus est Synesius hanc *συνθεσέρας τῆ πολιτεία φωνῆς*, ut quod vellet, expressius demonstraret.

GRUTERUS.

⁴ Jurejurando deinde se adstrinxit.] Pronomen *se* restabat in Pal. & Putca- ni codice. aberat autem prius vul- gatis.

jurando deinde constrinxit ne quem adscriptum, id est vacantium haberet, ne annonis Remp. gravaret, dicens, malum pupillum esse imperatorem qui ex visceribus

1 *Ne quem adscriptum, id est vacantium.] Pal. id est vacantium. recte. nam vacantium usurpari pro vacante, mox nobis ostendet in Glossario suo ex Suida, Syncelio ac Prodromo, nostrarum artium Senator non ultimi suofellii Joannes Meursius.*

CASAUBONUS.

1 *Ne quem adscriptum, id est, vacantium haberet.] Scribe, adscriptitium, id est, vacantem haberet. Trebellius Pollio de Balista tyranno: Est epistola Valeriani qua gratias Balista agit: gaudens, quod ejus consilio nullum adscriptitium, id est, vacantem haberet, & tribunum nullum stipatorem, qui non vere pugnaret. Cave confundas adscriptitios istos, cum iis quorum sit multa mentio in Codice & Novellis: nam illi agricolæ erant, & miseræ quidem conditionis, qui censitis & colonis junguntur. isti de quibus Lampridius & Trebellius, supernumerarii quidam milites fuerunt, ad commoda solum participanda in numeros relati. Inventum est Claudii principis: de quo Tranquillus, capite xxv. Instituit & imaginaria militiæ genus, quod vocatur SUPERNUMERVM: quo absentes & titulo tenus fungerentur. Non dissimiles his supernumerarii illi palatini, quorum meminerunt imperatores in Codice Theodosiano, titulo De palatinis sacrarum largitionum & rerum privatarum.*

2 *Dicens malum pupillum esse imperatorem.] Est qui legat malum pastorem; est qui malum villicum: possis etiam, malum publicum: sicuti supra dicebamus malum principem appellatum, pestem aut labem. Sed cur non retinebimus hanc scripturam cum omnibus antiquis codicibus? malum pupillum eleganter appellavit eum qui malo pupillo similis bona dissipat, & male perdit. potest sane ferri hæc le-*

ctio, vel propter aetatem Alexandri, cum ad imperium venit; adolescens enim fuit: neque est vero ab simile solitum dicere, nolle se in administratione Reip. malos pupillos imitari; qui tutorum negligunt auctoritatem, & pro libidine circa se gerunt. Facit huc quod initio dixit de expectata ab Alexandro sapientum consuetudine, à quibus penderet torus. Robertus tamen à Porta non pupillum, sed tutorem legit hic olim. Lampridius quoque in gemino huic eisdem Alexandri dicto, usus vocæ dispensator publicus.

SALMASIUS.

3 *Malum pupillum esse imperatorem.] Cum nihil sani sincerique continet hæc scriptura, male de illa potius explicanda quam corrigenda laborant viri docti. nam quid habet comparandum pupillum cum imperatore? hujus omnia sunt unius in potestate: ille nec se habet. imperator remp. administrat, & dispensat, & ad arbitrium suum temperat: pupillus & bona pupilli sub aliena tutela sunt & curatione. nihil simile. nec juvat interpretationem viri doctissimi, quod juvenis admodum Alexander ad imperium venerit. non enim de se loquitur, sed generalem sententiam de omnibus imperatoribus pronuntiat. eadem igitur, quæ locos infinitos in his auctoribus corrumpit, huic quoque loco corrumpendo videtur animum præbuisse. prius enim scriptum fuit: malum pop. villic. esse imperatorem, id est, malum pupuli villicum esse imperatorem. quæ lectio quæ vera sit, nec dubitandum. quemadmodum, inquit, male rem domini gereret ille villicus, qui in villa cujus haberet præfecturam, multos servos inutiles & otiosos parceret: ita imperator qui quasi pupuli villicus*

ribus provincialium homines non necessarios, nec reip. utiles pasceret. ² Fures judicare iussit in civitatibus ullis

CASAUBONUS.

1 Homines non necessarios nec Reip. utiles pasceret. Vide in Hadriano & Pio, duobus prudentissimis principibus.

2 Fures judicare iussit in civitatibus ullis nunquam videri. Prorsus digna locutio quæ lectorem advertat. iussit nunquam videri, dictum, pro, vetuit unquam videri. nec desunt similia exempla: ut apud Cassiodorum lib. IV, formula XIX. in frumentis, vino & oleo dari siliquaticum non jubemus. id est, vetamus exigi, aut permittimus non dari. Impp. Arcad. & Honor. lege V. Quibus equorum usus, &c. in Codice Theod. Pastores Valeriae provinciae, vel Piceni, uti equinus animalibus non jubemus. pro vetamus. Jam, videri judicare, nihil aliud quam judicare. nam sensus est, vetitum lege Alexandri fuisse, ne ulla in civitate, furti semel damnati admitterentur ad jus dicendum, sive judicandum. Erat tum moris, ut & sententiam iudicis passi ex repetundarum, aut simili crimine, & interdum exules ac relegati, ad postulandum ac jus dicendum etiam admitterentur. Aurelius Victor Primus de Macrino qui postea imperavit: à Severo remotum etiam à miserrimis officiis, relegatumque in Africam: ubi ut insaniam damnationis tegetet, lectionis operam dedisse, egisse consulas, declamasse, jus postremo dixisse. potes ex istis intelligere, quo lex Alexandri ista pertineret. Quare non assentimur viris eruditis, qui vocem judicare in hac sententia vobis censebant. Nam contra, si quid mutandum, sine dubio scribendum, Fures iudices, vel iudiciales. Paulo post sequitur: si unquam furem iudicem videret, paratum habuit digitum, ut illi oculum erueret. in Claudio, Fures iudices palam aperteque damnavit. Erit sensus: lege hac iussos fuisse fures iudices abstinere publico: hoc est locis omnibus publicis, cujusmodi sunt fora & balnea. Fuit hoc poenæ genus usitatum

LII 4

vetu-

villicus est, pro malo villico habendus, si ex viceribus provincialium homines non necessarios nec reip. utiles pascat. imperator res publicas curat & administrat, & quasi populi procurator est, & villicus. Spartianus de Hadriano: omnes publicas rationes ita complexus est, ut domum privatam quovis patrisfamilias diligens non satis novit. idem Alexander imperatorem, dispensatorem publicum vocabat. infra: aurum & argentum raro cuiquam nisi militi drevit, nefas esse dicens ut dispensator publicus in detractiones suas & suorum converteret, id quod provinciales dedissent. ne miremur hinc populi villicum appellasse imperatorem, quem ibi dispensatorem, loco plane gemino, & pane pari sententia villicum autem veteres, non de solo villæ præfecto usurpant, sed quemvis præpositum, aut procuratorem, dispensatoremque ita vocarunt. Tibullus ærarii præfectum villicum dixit hoc epigrammate:

Villicum ærari quondam, nunc cultor aegelli.

Juvenalis villicum urbis pro præfecto, non satyricè, sed vere & proprie dixit:

Pegasus attonita postus modo villicus nobi.

in antiquis lapidibus villicus alimentorum, est qui alibi dicitur procurator alimentorum, VIL. AB. ALIM. id est, villicus ab alimentis: nam sic procurator ab alimentis dicebatur. in alio lapide villicus à plumbo, pro procurator. in alio item, villicus hortorum Majanorum nominatur, quem procuratorem eorumdem Majanorum hortorum vocat aliud saxum. vera igitur omnino lectio quam hoc loco reposuimus. compendiose enim scriptum erat: malum pop. villum esse imperatorem. hinc pupillum fecerunt. sic ferus pro senatus, & conlatum pro consulatam, in veteri libro scriptum fuisse animadvertimus, & alia plura.

ullis nunquam videri: ¹ & si essent visi, iussit deportari per rectores provinciarum. ² Annonam militum diligenter inspexit; tribunos qui ³ per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecit. ⁴ Negotia & causas prius à scriniorum principibus, & doctissimis jurisperitis & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita referri ad se ¹⁶ præcepit. Leges de jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit: ⁵ neque ullam constitutionem sancivit sine viginti jurisperitis & doctissimis ac sapientibus viris, iisdemque disertissimis non minus quinquaginta: ⁶ ut non minus in consilio essent sententiæ quam

vetustissimis Græcis: *ἐὐρεῖα δὲ ἀγρῶν, καὶ τῶ ἀειρήνων.* sed & Romani Imp. in veteres Christianos hac fuerunt ratione, ut vetarent quoniam eorum videri in publico: sicut de se narrant fideles Lugdunenses in epistola ad fideles in Asia. *ὡστε, ἀγρῶν μὴ μόνον οἰκῶν καὶ βαλαυείων καὶ ἀγρῶν εὐρεῖα δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ κατ' ὄλεθρον φαίνεσθαι ἡμῶν ἵνα αὐτοῖς ἀπειρήσθαι, ἐν ὁποῖα δὴ ποτε τότῳ.* Satis acceptum est nobis neque legendum, neque interpretandum aliter esse hunc locum.

SALMASIUS.

¹ Et si essent visi iussit deportari.] *Iussit* abest à veteri editione, quæ tantum habet: *Et si essent visi deportari.* forte: *Et si essent, iussit deportari.*

⁶ Ut non minus in consilio essent sententiæ quam Senatusconsultum conficerent.] Omnes scripti cum veteri editione: *quam Senatusconsultum conficeret.* aperta & plena conjectura lego: ut non minus in consilio esset sententiæ, quam senatusconsultum conficeret. sententiæ compendiose scriptum pro sententiarum. hoc est, ut non minus sententiarum esset in consilio, quam Senatusconsultum conficere posset. sed hoc sensu melius fortasse legeretur: ut non minus in consilio esset sententiarum, quam Senatusconsultum cum fieret. pro, quam quam

fieret Senatusconsultum. & hæc indubitanter vera lectio est. ex *conficeret*, factum *conficeret*, & mox *conficeret*.

GRUTERVS.

⁵ Neque ullam constitutionem sancivit sine, &c.] Revocavi à longo exilio istud sacravit, prodente itarum ejus innocentem utroque Palatino. occupat locum injuste sancivit, quod vocis ibi ferri minime debebat quod & proxime præcedat.

CASAUBONUS.

² Annonam militum diligenter inspexit.] Refer ad condita militaria, de quibus ad Hadrianum. *responsum* proprium huic rei verbum: vide ad Avdii Cassii vitam.

³ Per stellaturas.] Meminit Spartianus in Pescennio Nigro.

⁴ Negotia & causas prius à scriniorum principibus & doctissimis iussit.] Jun-genda sunt cum istis verba inferius posita: actibus publicis post multam hujus operam dabat: idcirco quod & res bellicæ, & res civiles, ut superius dictum est, per amicos tractabantur, sed sanctos & fideles & nunquam venales: & tractata firmabantur, nisi quid novi etiam ipsi placeret. de scriniorum magistris alio loco diximus. scriniorum principes, ita dictum, ut sæpe legitur officiorum principes, sicut ad Marcum monebamus.

⁶ Ut non minus in consilio essent sententiæ

quam senatusconsultum conficerent: & id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum cogitandumque priusquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Fuit præterea illi consuetudo, ut si de jure aut de negotiis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet: si vero de re militari, milites veteres & senes ac benemeritos, & locorum peritos ac bellorum & castrorum, & omnes literatos: & maxime eos qui historiam norant: requirens quid in talibus causis quales in disceptatione versabantur, veteres imperatores vel Romani vel exterarum gentium fecissent. ³ Referebat Encolpius, ¹⁷ quo ille familiarissimo usus est, illum si unquam furem judi-

tiæ, quam senatusconsultum conficerent.] Potest abesse vox *sententia*, temere, ut videtur, conficta ex præcedentis dictionis sine sæpius repetito. Lego, *ut non minus in consilio essent, quam quot S. C. conficerent.* vel *cum S. C. conf.* Certum numerum senatorum fuisse desideratum ad conficiendum S. C. docet Suetonius in Augusto, & nos ad illum locum. sed variatum in numero videtur: nam ex his verbis colligas, non potuisse fieri S. C. minore senatorum numero, quam lxx. quod sci- mus aliter olim servatum. extat in Cod. Theod. lex Constantini, qua sancitur, ne minus quinquaginta clarissimi in senatum veniant. Sed mirum est, è tanto numero eorum qui Alexandro in conciliis aderant, solos fuisse xvi. senatores. nam ita scribit Herodianus: *ὁ συκλήτης βελῆς τὸς δεκάπυτος ἢ ἡλικία σεμνοτάτους ἢ βίω παρρησιαίτες, ἐκκαίδεκα ἐπιλέ- λωτο, συνίδρυς εἶναι ἢ συνυβάλως βασιλέως· ἀδὲ ὁ ἐλέγχο, ἢ ἰππία- τος, εἰ μὴ καίκενοι αὐτὸ ἐπιχειροῦ- πτε, σύμληφοι ἐχθρόν.* sed mihi hic numerus valde suspectus: vide apud Suetonium de semestribus Augusti

consiliis libro II. cap. xxxv. & confes- cum Dione libro LIII. & libro LVI.

GRUTERVS.

1 *Quam Senatusconsultum conficerent.* Ambo fall. conficeret. non male.

SALMASIUS.

2 *Milites veteres & senes & bene me- ritos.* V. ed. *milites veteres, & senes bene meritos.*

CASAUONUS.

3 *Referebat Encolpius.* Jam notavi- mus peculiarem Lampridio modum loquendi: nam ita superius dixit, *ferabas, vel referebat Acholius.* quæ cum legas, putes de iis loqui auctorem, quæ accepisset in communi sermone cum Encolpio & Acholio. quod falsum est. ambo enim vitæ scriptores, ut postea dicturus. nec facile patiatur ratio temporum ut ulla noticia inter Lampridium & istos posset intercede- re. nam à principio imperii Alexan- dri, ad medium principatum Con- stantini, cui hic liber à Lampr. un- cupatur, anni centum & eo plures in- veniuntur.

judicem vidisset, ¹ paratum habuisse digitum ut illi oculum erueret: ² tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud se probatum esset quod fures fuissent. ³ Addit Septimius qui vitam ejus non mediocriter exequutus est, tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos judices qui furtorum fama laborassent, etiamsi damnati non essent, ut si eos casu aliquo videret, ⁴ commotione animi stomachi choleram evomeret, toto vultu inardescente ita ut nihil posset loqui. Nam quum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Heliogabalo jam liberatus, inter senatores principem salutatum venisset, ⁵ exclamavit, ⁶ O numina,

SALMASIUS.

¹ Paratum habuisse digitum ut illi oculum erueret.] Consuetudo res olim in ira, in rixa digito oculum eruere. Martialis :

Sed digito sordiam qui super est, oculum.
Lucianus Dialogo: *συμφοσιον η Λαπιθια; η μλω απιτραπον η αυεινο, αλλ ο μ Κλεοδημ ορθω τω δακτυλω η οφθαλμω η Ζλωθεμιδ ο εξορυτις η τλω ρινα ασοφωδ απιτρασην.*

GRUTERUS.

² Tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud se probatum, quod fures fuissent.] Ita uterque Pal. vulgati voce ampliores, probatum esset, quod.

³ Addit Septimius, &c.] Palatinus integer, heic interpolatus est, videturque initio habuisse, Addit Septimius, ut est in Excerptis; repositumque Addit & P. Timinus, sed infra cap. 48. ubi iterum hujus hominis mentio, aperte occurrit Septimius.

⁶ O Numina, & Jupiter, & Dii immortales.] Minus sana scriptura. quid enim differant Numina à Diis immortalibus? habet palam Palatinus, O Marina! & Jupiter, &c. superscriptumque, id est fortuna.

GASAUONUS.

⁴ Commotione animi stomachi choleram evomeret.] Βατλοζια mera, animi

stomachi: quare vel tollendum alterum: vel, quod malo, scribendum, stomacho choleram evomeret. Cholera, ut docent medici, commune stomachi atque intestinorum vitium est. Eadem erit sententia & reventa voce stomachi, modo cum sequenti dictione connectatur.

SALMASIUS.

⁴ Commotione animi stomachi choleram evomeret.] Ita omnes libri. distinguitur commotione animi & stomachi choleram evomeret. nec βατλοζια est, ut censet vir doctissimus. sic enim animo commovebatur ad conspectum eorum judicum qui furtorum fama laborabant, ut stomachum non contineret, sed choleram omnem stomacho infidentem evomeret. at eum sefellit quod paulo supra stomachum pro animo ulsurpavit: tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos judices, &c. sic catalectis Virgilianis:

Immanem stomachum mihi cietis.

⁵ Exclamavit, & numina, & Jupiter, & Dii immortales.] Si querimus bartologiam, heic in hac exclamazione Alexandri mera est: & numina, & Jupiter, & Dii immortales. quod enim hoc genus exclamationis, ab omnibus ad unum, mox ab uno ad omnes transire? non ita moris Græcis, quibus frequens in exclamationibus ejulmodi hæc verba ulur-

o Jupiter, o dii immortales, ¹ Arabinus non solum vivit, verum etiam in senatum venit: fortassis etiam de me sperat: tam fatuum, tam stultum esse me judicat. Salutabatur autem nomine, hoc est, Ave Alexander. ² Siquis ¹⁸ caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator vel abjiciebatur, si loci ejus qualitas pateretur, vel ridebatur ingenti cachinno, si ejus dignitas graviori subjacere non posset injuriæ. Salutatus confessum obtulit omnibus senatoribus: atque adeo nisi honestos & bonæ famæ homines ad salutationem non admisit. Jussitque quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur,

usurpare: α Ζεὺς καὶ Ἥρας. & secundum hanc formam legebamus hoc loco; ἐκλινασθῆναι, οὐ Ἰούπερ, οὐ Διὶ ἰμμερταλες, δελεῖς ἰλλῖς, οὐ ἰμμερταλες. sed aliter me expedit optimus Palatinus, in quo scriptum legi: οὐ Μάρνα, οὐ Ἰούπερ, οὐ Διὶ ἰμμερταλες. ignoratio autem illius vocis, Μάρνα, hunc locum corrumpi fecit. nam & vetus editio minimum abest quin agnoscat illam Palatinam scripturam, quæ habet: οὐ Μάρνα, οὐ Ἰούπερ. Μάρνα vero Deus apud Syros, cujus mentio apud Hieronymum in vita Serapionis: glorificatur in urbe gentilitium nomen Domini, & ingrediatur servum ejus Gazam & Μάρνα corrumpat. Μάρνα meminit idem & in epistola ad Latam, & alibi. Gazæi Palæstini hoc nomine Jovem colebant. Stephan. in ἐθνογίῃ: ἰθὺς καὶ Ἡ Κρητικὸς Διὸς παρὰ αὐτοῖς εἶναι, οὐ καὶ κατὰ ἡμῶν ἐκλήθη Μάρναν, ἐπεὶ οὐκ ὀνόμαζον Κρητικῶν. πῆς παρὰ θένος ἡ δὲ ἑτα Κρητικὸς ὀνομαζομένης. ita legimus illum Stephani locum qui doctissimis viris imposuit, vulgo accipientibus templum Jovis à Gazæis Μάρναν dictum, non ipsum Jovem. in quo vehementer falsi sunt. in illo Codice Palatino glossæ loco superscriptum erat, id est fortuna. Syrus igitur imperator Syrum numen invocat.

CASAUBONUS.

¹ Arabinus non solum vivit, verum et-

iam in senatum venit.] Imitatur notissimum Ciceronis locum in Catilinariis.

² Si quis caput flexisset.] Ut se incurvaret. quod superbi principes passii sunt, vel etiam exegerunt, ut de Valente narrat Ammianus libro xxxvii.

³ Atque adeo nisi honestos & bonæ famæ ho.] Infra: à mulieribus famosis matrem & uxorem suam salutare venit.

⁴ Jussitque quemadmodum i.] Tota periodus hist, nec cohæret, hoc similive modo componenda: Ad salutationem non admittit iussit: & quemadmodum in sacris Eleusiniis dicitur, UT NEMO INGREDIATUR NISI QVIS SE INNOCENTEM NOVIT; ita per præconem edixit, ut nemo saluaret pr.

GRUTERUS.

⁴ Jussitque (quemadmodum, &c.) per præconem edici; ut nemo saluaret, &c.] Hæc est vera hujus loci & lectio & interpunctio, quam erui è membranæ Palatinæ. antea & legebatur & distinguebatur: Jussitque quemadmodum, &c. novit. Per præconem edixit, ut nemo. perperam.

SALMASIUS.

⁵ Quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur.] Vet. editio: in Eleusiniis sacris. recte. ita enim semper Latini Eleusina sacra, dicunt. sic Eleusina invisere Hieronymo. ubi Eleusina sunt Eleusinia sacra. Eleusinum oppidum Arnobio, Eleusina Ceres Virgilio.

1 Ipse

tur, ut nemo ingrediatur, nisi qui seinnocentem noverit. Per præconem edixit ut nemo salutaret principem qui se furem esse nosset, ne aliquando detectus capitali supplicio subderetur. ¹ Ipse adorari se vetuit, quum jam cœpisset Heliogabalus ² adorari regum more Persarum. Erat præterea hæc illius sententia, *Solos fures ³ de paupertate conqueri, dum volunt scelera sua via regere.* Idem addebat sententiam de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc significat, *Qui moenia rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, salvus erit:* ⁴ quæ ⁵ Græce talis est, *Ὁ ποικίλ κλέψας, ὄλβια δὲς ἐκφύσει.* Præfectum prætorii sibi ex senatus auctoritate constituit. ⁶ præfectum urbis à senatu accepit, ⁷ alterum præfectum prætorii fecit: qui ne fieret, etiam fugerat, dicens, *Invitos non ambientes in Rempub. collocandos.* Senatorem nunquam sine omnium senatorum qui aderant consilio fecit, ⁸ ita ut ⁹ per sententias omnium crearetur,

¹ Ipse adorari se vetuit.] Melius ex Palatino legeris: idem adorari se vetuit.

CASAUBONUS.

² Adorari regum more Persarum.] Pollio de Zenobia: adorata est more regum Persarum. res vulgo notissima.

³ De paupertate conqueri.] Regius, paupertatis conqueri. noto hellenismo.

⁴ Quæ Græce talis est, *Ὁ ποικίλ κλέψας, ὄλβια δὲς ἐκφύσει.*] Omnia hæc neque veteres editiones agnoscunt, neque sunt in regio. sed omnium ibi aliquid apparet.

⁵ Præfectum Urbis à senatu accepit.] Scribe, è senatu. diversissimâ sententiâ.

⁶ Alterum præfectum prætorii fecit.] Id est, non unum sed duos habuit præf. præf. quod jam olim scimus fuisse receptum usu. aliter longe regius, qui pro alterum, legit Alexium.

⁷ Ita ut per sententias omnium crearetur.] Potest exponi, & ferri: sed in regio est scriptum *curaretur*: quod depravatum videtur, cum esset prius

curaretur. *Φερέ τις καὶ νομιστής,* ut in his scriptoribus multa. nam erat potius dicendum, *iretur*: quam vocem Petrus Faber acute conjiciebat hinc restituendam.

GRVTERVS.

⁴ Quæ Græce talis est: ὄλβια, &c.] Visuntur hæc diserte in Palat. sed Græca expressa litteris Latinis.

⁵ Præfectum Urbis à Senatu accepit.] Palatin. ubi à Senatu. amplector Euthochiam Casauboni, urbis è Senatu.

⁸ Per sententias omnium crearetur.] Palat. noster habet & illud alioquin curaretur.

SALMASIUS.

⁷ Ita ut per sententias omnium crearetur, testimonia dicent summi viri.] Mira conspiratione veteres nostri libri consentiunt in illa retinenda lectio- ne, quam etiam in Regio repetisse testatum reliquit eruditissimus Casaubonus: ita ut per sententias omnium crearetur. Scio quomodo ille ipse vir eruditus hanc vocem emendam

tur, testimonia dicerent summi viri: ac si fefellissent
vel testes¹ vel ii qui sententias dicebant, postea² in ul-
timum rejicerentur locum, ³ civium condemnatione
adhi-

putaverit. nihil mihi verius videtur
mea conjectura, quam eruimus ex
vestigiis scriptæ lectionis, unica tan-
tam littera mutata legendo: ut per
omnium sententias guraretur. gurare au-
tem est gyrare vel in gyrum ire. nam
ita scribebant, gurare, & gurum, & goe-
rum, pro gyrare & gyrum. veteres
Glossæ: γυρῶν, γυρο. sic apud Varro-
nem, in *synon. gurare*, ubi vulgo scri-
ptum *curare*, eodem mendi genere.
sic *gyris* pro *gyris* in vetusto epigram-
mate:

*Septem etiam gyris tendunt certamina
palme,*

Quos cælum cingunt cingula, forte pari-
ter sententias, igitur, omnium gyra-
re vel gurare, est per omnium senten-
tias in gyrum ire. supra simplicius
dixit; per omnium sententias ire: & id
quidem ita ut iterum per sententias singulo-
rum & scriberetur quid quisque dixisset.

1 Vel ii qui sententias dicebant.] Vel
ii qui sententias dicebant.

2 In ultimum rejicerentur locum civium,
condemnatione adhibita.] Ita concinnat
hunc locum Casaubonus: in ultimum
rejicerentur locum civium, condemnatione
adhibita, quasi falsarii approbati. multa
sunt in hac concinnatione minime
concinna. quo enim illa spectant,
condemnatione adhibita? an ad rejectionem
in ultimum locum? atqui dicit eos con-
demnatos, quasi falsarios approba-
tos. quis vero nescit lege Cornelia
pœnam falsi, & quasi falsi fuisse de-
portationem? Dig. de leg. Corn. Paul-
lus lib. v. sent. tit. xxv. dicit hæc om-
nino diversæ pœnæ proponuntur ad-
versus falsos illos suffragatores, & se-
natores, qui in dicenda sententia fe-
fellissent. Alexander igitur eos sic
puniebat ut in ultimum locum ci-
vium rejiceret, interdum etiam pœna
falsi condemnabat, quasi falsi reos ap-
probatos, & deportabat. Hæc est sen-
tentia hujus loci, nec alia potest esse.

de verbis jam videndum quomodo
ea constituenda sint. nullam habent
varietatem Palatinæ membranæ, nisi
hanc perpusillam; legunt enim: *in
ultimum locum civium in condemnatione
adhibita.* illud in compendio scriptum
fuit, pro interdum. ita enim scribe-
bant: INT. vel I. vide notas Valerii.
sic igitur totum hunc locum legen-
dum censeo: *ac si fefellissent vel testes
vel hi qui sententias dicebant, postea in ulti-
mum locum rejicerentur civium, interdum
condemnatione adhibita quasi falsi reos ap-
probatis sine ullius indulgentiæ proposito
in quibus corrigendis parum ac pœna
nihil licentiæ sumplimus. falsi reos ap-
probatis pro falsi rei approbati scriptimus,*
ita exigente sententia, & latinitate.
quod vero falsarii pro falsi rei reposuit
Casaubonus ex membranæ suis, ma-
le malas illas sequutus est, & falsi
reas. non est autem quod miremur,
senatores hæc non solum senatu
motos, sed etiam ignominia longe
majore in ultimum civium locum
rejectos ab Alexandro: cum ex ea-
dem causa eos interdum in insulam
deportaret. nam profecto nimis inæ-
qualis & iniqua fuisset hæc in pœnis
imponendis Severi arbitratio, si ob
idem crimen interdum, ne senatu
quidem moverentur senatores, inter-
dum vero publicatis bonis deporta-
rentur. condemnationem hæc vocat
Lampridius deportationem in insu-
lam. nam hæc pœna fuit falsi convi-
ctorum.

GRUTERVS.

2 In ultimum rejicerentur locum civium
condemnatione adhibita, quasi, &c.] Sic
distinxit Pal. qui tamen habebat ci-
vium. in condemnatione adhibita, &c.

CASAVBONVS.

3 Civium condemnatione adhibita, quasi
falsi rei approbati.] Quæ hæc civium
condemnatio? an & publico iudicio
fuisse

adhibita, quasi falsi rei approbati ¹ sine ullius indulgentiæ proposito. Idem senatores nonnisi ad summorum in Palatio virorum suffragium fecit, dicens, magnum virum esse oportere qui faceret senatorem.

² Idem libertinos nunquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem locum esse. Moderationis tantæ fuit ut nemo unquam ab ejus latere submoveretur, ut omnibus se blandum affabilemque præberet: ut amicos ³ non solum primi ac secundæ loci, sed etiam inferiores ægrotantes viseret: ut sibi ab omnibus libere quæ sentiebant, dici cuperet; & quum dictum esset, audiret; & quum audisset, ita ut res poscebat emendaret atque corrigeret: ⁴ si minus bene factum esset aliquid, etiam ipse convinceret, ⁵ idque sine fastu & sine amaritudine animi, ⁶ consensum

fuisse falsos suffragatores condemnari solitos significat? non puto, imo falsum judico. Suspicio vocem *civium* non esse ἑπισημῶν, nec aliunde ortam quam ex repetita temere syllaba ultima cum dictionis præcedentis. nam hujus generis mendis nihil frequentius. sed nolumus indulgere conjecturis nostris: quare ita potius concinnemus: in ultimum rejicerentur locum civium, condemnatione adhibita, quasi falsarii approbati. sumtum è membranæ falsarii pro falsæ rei. Senatores, ait, qui pro testimonio falsi aliquid dixissent, cum aliquem suo suffragio commendarent, rejiciebat in ultimum locum, non dicam senatorum, sed omnino civium. hoc est, in certum tabulas referebat humanior sententia longe, si voce *civium* sublata, de ultimo inter senatores loco interpretaris, ad exemplum regradationis militaris: quam in senatorum quoque pœnis fuisse usurpatam & alia exempla restantur.

¹ Sine ullius indulgentiæ proposito.] Alius dixisset, spe proposta. hoc est, nulla indulgentiæ spe facta. fortasse ita & Lampridius scripserat.

² Idem libertinos nunquam in equestrem locum redegit.] Hoc est, jure aureorum annulorum non donavit: de quo multa in libris jurisconsultorum. nam primus Justinianus discrimen hoc lege sustulit.

SALMASIVS.

³ Non solum primi ac secundæ loci, sed etiam inferiores ægrotantes viseret.] Lege: sed etiam inferioris ægrotantes videret.

⁴ Si minus bene factum esset.] Pal. & ed. Med. si minus bene factum esset.

⁵ Idque sine fastu, & sine amaritudine animi.] Ita correxerunt lectionem quæ in vetustis scriptis & excussis reperitur: idque in factum, & sine amaritudine pectoris.

GRUTERVS.

⁵ Idque sine fastu & sine amaritudine animi, consensum omnibus, &c.] Locus scabrosus. nam Pal. idque in factum & sine amaritudine pectoris consensu omnibus.

CASAVBONVS.

⁶ Consensum omnibus semper offerret.] Imo vero consensum. ut paulo ante, Salutatius consensum obtulit omnibus senatoribus. iterum libri initio, Cum amicis tam familiariter cœsit, ut communi esset ei sepe consensus.

1 Uxor

omnibus semper offerret, præter eos quos furtorum densior fama perstrinxerat, de absentibus semper requirens. Denique quum ei objiceret nimiam civilitatem & Mammæa mater, & uxor Memmia Sulpitii consularis viri filia, Catuli neptis, & sæpe dicerent, *Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti*: ille respondit, *sed securiorem atque diuturniorem*. Dies denique nunquam transit ¹ quin aliquid mansuetum, civile, pium, faceret: ⁴ sed ita ut ærarium non everteret. Condemnationes & raras esse iussit; & quæ factæ fuerant, non indulgit. Vestigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. ⁵ Fœnus publicum trientarium exercuit, ⁶ ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus: præfectis prætorio suis senatoriam addidit dignitatem, ut viri clarissimi & essent & dicerentur: quod antea vel raro fuerat, ⁷ vel omnino non fuerat: eousque ut siquis imperatorum ⁸ successorem præfecto prætorii dare vellet, ⁹ laticlaviam eidem

per

¹ Uxor Memmia Sulpitii consularis viri filia. Herodianus, ἡγερέσει αὐτὴν ἡ γυναῖκα τῆς Μαρίας δαύ. & plura de hujus infelicitate. in nummis & lapidibus de hac Augusta observavi nihil.

² Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti. Plinius octavo epistolarum: Absq; superbia & asperitas: nec timetis contentum. affine est quod scribit idem libro primo: *mittitur dominorum ipsa consuetudine metum exalescere*. Capitolinus in Pio: *Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit, unde plus crevit.*

⁴ Sed ita ut ærarium non everteret. Sic mox, cum frumenta Helioabatus evertisset.

⁵ Fœnus publicum trientarium exercuit. Vide ad Pii vitam.

⁶ Ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit. Tale quid instituit Augustus, ut narrat Suet. cap. xli.

⁸ Successorem præfecto prætorii dare vellet. Exemplum est in vita Commodi.

⁹ Laticlaviam ei per libertum submitteret. Scripti, laticlavium, pro, latum clavum.

SALMASIVS:

³ Quin aliquid mansuetum, civile, pium faceret. Pal. cum excerptis Spartiani, & vet. editione: *dies denique nunquam transit, quando non aliquid mansuetum, civile, pium fecit.*

⁷ Vel omnino non fuerat. Excerpta Spartiani, & Pal. *vel omnino non diu non fuerat.*

GRVTERVS.

⁹ Laticlaviam eidem per libertum submitteret. Sic uterque Palat. neque mutandum. subintelligit enim, vel togam, vel vestem more illo sollemni scribendi, de quo jam pluries diximus.

I. Mil-

per libertum submitteret, ut in multorum vita Marius Maximus dixit. Alexander autem idcirco senatores esse voluit præfectos prætorii, nequis non senator de Romano senatore iudicaret. ¹ Milites suos sic ubique scivit ² ut in cubiculo ³ haberet breves & numerum & tempora militantium, semperque quum solus esset, & rationes eorum, & numerum, & dignitates, & stipendia recenseret, ut esset ad omnia instructissimus. Denique quum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina. De promovendis etiam sibi annotabat: ⁴ & perlegebat cuncta pittacia. & sic facie-

CASAUBONUS.

¹ Milites suos sic ubique scivit.] Hæc pars erat rationarii imperii, cuius auctor principum maximus Augustus. Suetonius capite ultimo.

² Ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium.] Ut sit plena sententia vox una deest. Lego, breves & numerum & tempora militantium indicantes. aliter oratio non erit perfecta, etiam si pro numerum legas numeros. sic enim appellarunt τὰς κωλυλόσεις ἢ ἐρακωτίων.

⁴ Et perlegebat cuncta pittacia.] Id est, breves, ut modo dixit. sed pittacia dicuntur pice vel maltha illitæ breves tabellæ, in quibus elogia scribebantur, & id genus alia, quæ paucis verbis possunt comprehendi. ut illa Polybiana pittacia de quibus ad Suetonium notare aliquid meminimus libro secundo. Vox est origine Græca. πικρία enim δὲ πικρία, usu vero, Romanorum & Sytorum quoque: nam in Targumim יְרֻבָּא פִּיטָאָא positum pro epistolis. Isidorus: pittacium, epistola brevis & modica.

GRUTERUS.

³ Haberet breves, & numerum & tempora militantium.] Ita ambo Pall. neque quidquam deest. quippe intelligitur, in iisdem brevibus fuisse militiam numerum & stipendia.

SALMASIUS.

⁴ Et perlegebat cuncta pittacia.] A πικρία, πικρία & πικρία, & πικρία, index vel titulus pice illitus, ut affigi possit & applicari. amphoris & dolis affixa pittacia, vini patriam & sententiam indicabant. indices quoque libris adfixi qui nomen auctoris præferrent, πικρία dicebantur & ἀδύσος. Celsus splenia, & empletta quæ fronti ad dolorem capitis illuntur, pittacia vocavit. Glossæ: πικρία, brevis, pittacium. Hygenus de limitibus constituendis: demum ex decuriis antequam sortes tollant, singulorum nomina in pittaciis & in sortibus, & ad ipsi sortientur ut sciant quis primus cuiusque locumque loco exeant. Cod. Theod. tit. de erogatione mil. ann. pittacia dicuntur, breves specierum annonariarum, militibus erogandarum. l. xi. susceptor antequam diuina pittacium authenticum ab actuarius susceperit nungget. quod si absque pittacia fuerit erogatus, id quod expensum est damnis eius punitur subpnetur. vide leg. xiii. cod. tit. & l. xvi. nam secundum ea pittacia militibus erogabantur species annonariæ, ut panis, vinum, acetum, lardam, caro vervecina, caputum, & alia ejusmodi. hinc nos hodie pittacium addita litera, cibum & oponium appellamus. sic & lanternam pro lanternam dicimus. sed hæc alias.

faciebat diebus etiam pariter annotatis, & ¹ quis, & qualis esset, & quo insinuante promotus. ² Commeatum populi Romani sic adjuvit ut quum frumenta Heliogabalus evertisset, ³ vicem de propria pecunia loco suo reponeret. Negotiatoribus ⁴ ut Romam volentes concurrerent maximam immunitatem dedit. Oleum quod Severus populo dederat, quodque Heliogabalus imminuerat, ⁵ turpissimis hominibus praefecturam annonae tribuendo, ⁶ integrum restituit. ⁷ Jus conferendi rationes, quod impurus ille sustulerat, hic omnibus reddidit. Mechanica opera Romae plurima insti-

¹ Quis & qualis esset, & quo insinuante promotus. Scaliger legebat: quis & qualis esset, insinuans, promotus, insinuans, inquit, & annotans, qualis esset promotus, melius leges ex libro Palatino: quis quo esset insinuante promotus.

³ Vicem de propria pecunia reponeret. Frumenta publica consumpserat, & dissipaverat Alagabalus, vicem de suo repoluit Alexander. video quid dicere voluerit Spartianus, nimirum Alexandro emprum de sua pecunia frumentum, ut in locum illius, quod Alagabalus dissipaverat, reponeret. sed quare an hoc sit vicem reponere mirabar, si sic aliquis loquutus esset. vetus liber non Spartianum, sed correctores ita loqui me docuit, in quo sic legebatur: vicem pia de propria pecunia reponeret. vide quantum momenti ferat duarum litterarum mutatio. nam o in h, & i in i mutatum de prava rectam lectionem dabit. ita igitur legendum: commeatum populi Romani sic adjuvit, ut quum frumenta Heliogabalus evertisset, hic empti de propria pecunia suo loco reponeret. felici, & facili conjectura, de vicem pia, fecimus hic empti. nemo possit melius. hic est Alexander. sic infra loquitur: quum plerisque Eunuchis rationibus & procurationibus praeposisset Heliogabalus, hic illis & veteres suscipit dignitates.

⁷ Jus conferendi rationes.] Palat. jns

conferre rationes. ita loquitur alibi: potestatem aliquid facere, pro aliquid faciendi.

CASAUBONUS.

² Commeatum populi Ro. sic adjuvit.] Annonam frumentariam intelligit, quam duae classes Aegyptia & Africana debebant. commeatus est *κρηττωλης*, ut exposuimus ad secundum Tranquilli.

⁴ Ut Romam volentes concurrerent.] Regius, *ut volentes non habet. retineo tamen.* & est eleganter dictum. *volentes*, pro *volenter*, cupide.

⁵ Turpissimis hominibus praefecturam annonae tribuendo.] In Alagabalo: fecit praefectum annonae Claudium Cursorem: ad honores reliquos promovit commendatos sibi pudibulum enormitate membrorum.

⁶ Integrum restituit.] Neque hoc solum: sed & instituta a Severo liberalitati cumulum adjecit. paullo post: *Addidit & oleum luminibus thermarum: cum antea non ante auroram paterent, & ante solis occasum clauderentur.*

⁷ Jus conferendi rationes.] Nihil est in Alagabali vita, quod hunc locum reddat clariorem. In regio sic: *ius sitque conferre rationes. planissima sententia, modo adjuves minimum: ius sitque conferre rationes: & quod imp. &c.*

GRUTERUS.

⁷ Jus conferendi rationes, &c.] Palat. Jus conferre rationes.

M m m

I 180

instituit. Judæis privilegia reservavit. Christianos esse passus est. Pontificibus tantum detulit & quindecim viris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum à se finitas, iterari & aliter distingui pateretur. Præfides provinciarum, quos vere non factionibus laudari comperit, & in itineribus secum semper in vehiculo habuit & muneribus adjuvit, dicens, & fures à Republ. pellendos ac pauperandos, & integros esse redimendos atque ditandos. Quum vilitatem P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam speciem caram putarent. Illi continuo exclamaverunt, carnem bubulam atque porcinam. Tunc ille non quidem vilitatem proposuit, sed iussit

nequis

SALMASIUS.

1 Iterari & aliter distingui pateretur.] Hæc verus habet editio: *discingi*. sed *distingui*, vel *distingi* verum est. ex scribendi enim ratione manavit hic error. *distingere* scribebant pro *distingere*. inde *distingere* multis auctorum locis positum obtinuit nec defuere doctissimi viri qui patrocínio suo verbum illud adjuverent. *distingere* igitur causas & negotia vel lites proprie dicebant, quod Græci *ἀγρίων*. recentiores etiam *ἀγρίων* *ἀγρίων* *ἀγρίων*. Glossæ veteres: *ἀγρίων*, *dispungo*, *distinguo*. *ἀγρίων*, *distinctor*. *ἀγρίων*, *distinctor*. *ἀγρίων*, *distinctio*. *ἀγρίων*, *distinguo*, *dispungo*, *discerno*. alia Glossæ: *distingui*, *συνολωγία*. *ἀγρίων*, *ἀγρίων*. *distinctio*, *συνολωγία*. *distingui*, *ἀγρίων*. *distingui*, *ἀγρίων*. *distingere* vel *distinguerere* negotia, est *συνολωγία*, vel *ἀγρίων*. at *distingere* profus aliud est, nec huic notioni convenit. at de his alia pluribus.

GRUTERUS.

3 Cum vilitatem populus Romanus ab eo peteret.] Sic uterque Pal. non *edulitatem*, ut retro cusi.

CASAUBONUS.

2 In itineribus secum semper in vehiculo

habuit.] Non leve hoc genus honorificentia, ut dictum est in vita veri imperatoris.

3 Cum vilitatem P. R. ab eo peteret.] Legebatur, *edulitatem*: ridicule. sed & hic, & paullo post emendavimus ex regiiis & Puteani membranis. Sæpe autem fieri solitum, ut de annonæ caritate populus Ro. cum principibus, vel præfecto Urbi exoptularer. Lege Tacitum extremo annali secundo, de Capitolinum in Pio, sæpe apud Ammianum Marcellinum.

4 Tunc ille non quidem vilitatem proposuit.] Exposuimus jam ad vitam Commodi ejusdem scriptoris. Sed vilitatis proponendæ ratio illa optima, qua usus Pertinax, de quo Capitolinus, Exemplo, inquit, imperatoris cum ille percius se ageret, ex omnium continentia vilitata est.

5 Sed iussit ne quis summatum occideret, ne quis lactentem.] Hæc regii codicis lectio: quam si retinemus, *summatum* à idem erit ac *saginata*: quomodo accepisse vocem *sumen* pro *sagina*, aut atre quæ sita pinguedine recentiores Latinos non negamus. at non ita verustiores. quare de hoc loco aliter longe censemus. Legendum enim, nisi fallor, *ne quis suam summatum occideret, ne quis lactentem*: non autem *lactentem*.

nequis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis

hancem. deesse vocem suam ante suminatam, non negabunt qui de porcina hic agi meminerint, & syllabarum similitudinem considerarint. fumen est fortæ suis mamma lacte plena. *sus suminata*, nihil aliud nisi sus lactans. *Lactentes* vero sunt porcelli adhuc subrumi: quos non occidi multum intererat, ad viliratem porcinae revocandam: quod studebat Alexander. Sic antiquis legibus Græcorum, *ἄνεργα* jugulatio aut esus prohibitus. de quo ad Athenæum libro primo, capite octavo. quid differant *lactare* & *lactere*, etiam pueris notum. De hoc igitur loco ita videtur nobis.

SALMASIUS.

Sed jussit ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.] Hæc est omnium librorum lectio: non mecum sentiet qui doctis viris eam sollicitantibus assentiendum existimabit. nihil enim habet, quare illi merito negotium facessamus. quantum igitur interest inter vaccam & damalionem in genere buccerino, tantum distat inter suminatam & lactantem in genere porcino. *Suminata* enim est scrofa, *lactans* est tener porculus. *Lactare* enim pro lactere usurparunt tunc temporis Latini, atque etiam antiquiores. Aulon.

Infans lactavit, pubes & virgo adolevit.

Quæsit, concepit, peperit, jam mater obvi.

Glossæ: *γαλαθῶδες*, lactantia, lactans. in aliis Glossis cap. *ἄνεργων*: caro porcina, *χερσίων*, lactantina, *γαλαθῶδον*. *Lactantina* igitur caro est tenellorum porculorum qui proprie lactantes dicebantur Latinis, ut Græcis *γαλαθῶδαι*. Diogenes in vitis philosophorum de Pythagora, *οἱ ἴφασι ὅτι ἀλιεῖσθαι μόνον καὶ ἐρίφους καὶ γαλαθῶδεις ἀπέχουσι*. ubi *γαλαθῶδαι* sunt porculi minuti. Gellius: *porculis quoque minusculis & hædis tenuioribus vicitasse idem Aristoxenon refert.* etiam nunc Græcia illa *ἐκβαρβαρωθεῖσα λακίαν-*

ἄνεργους vocat hujusmodi minusculos porcellos. D. Hieronymus etiam lactentes absolute porcellos appellat lib. 11. adversus Jovinianum, ubi & legis imperatoris Valentis meminit, qua per orientem data caverat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur. locum adferam, nam huc maxime facit: *in Aegypto & Palaestina propter boum caritatem, nemo vaccam comedit, taurorumque carnes, & boum vitulorumque assumunt in cibis. at in nostra provincia scelus putant vitulos devorare. unde & imperator Valens legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agriculturæ providens, & pessimam Judæizantis vulgi emendans consuetudinem, pro altilibus, & lactentibus vitulos consumentis.* ubi lactentes, sunt porculi, quos heic lactantes vocat Spartianus. qui vilirati carnis bubulæ consultum volebant, hi nec vaccas, nec damaliones comedebant; tauris autem & bobus, & vitulis minime parcebant. & hæc ratio fuit, quare Alexander jussit, ne quis damalionem, ne quis vaccam occideret, quod caro scilicet bubula cara esset. hac eadem ratione moti in Aegypto & Palaestina propter boum caritatem, vaccas non comedebant, ut scribit Hieronymus. addo, ne damaliones quidem: ne enim dubito, quin vaccarum nomine etiam eas intellexerit, quæ sunt minores vaccæ. contra est cum agriculturæ ratio habetur. tunc enim damalionibus & vaccis passim vesci permittendum, vitulis vero nequaquam. ideoque Valens cum agriculturæ utilitati prospectum iret tantum. non autem vilirati carnis bubulæ consuleret, legem emisit, ne quis vitulos consumeret. ut autem in genere bubulo vaccas & damaliones occidi vituit Alexander, sic in genere porcino suminatas, & lactantes. *suminata* sunt scrophæ, lactantes vero porculæ.

GRUTERUS.

1 Ne quis suminatam occideret.]
M m m z Ita

quis vaccam, nequis ¹ damalionem: tantumque intra biennium vel prope annum porcinae carnis fuit & bubulae, ² ut quum fuisset octominutalis libra, ad duos ²³ unumque utriusque carnis libra redigeretur. Causas militum contra tribunos sic audivit, ut si aliquem reperisset tribunorum in crimine, ³ pro facti qualitate sine indulgentiae proposito puniret. De omnibus hominibus ⁴ per fideles homines suos semper quaesivit: & per eos

Ita ambo Palatini, subintelligitque suam, usitato illo suo sibi scribendi genere.

CASAVBONVS.

² Ne quis vaccam, ne quis damalionem.] Μητε βέν τελείω, μητε δόμωλιω. quid sit inter ista discriminis, lege apud Eustathium, & alios Graecos grammaticos.

SALMASIVS.

¹ Damalionem.] Damalio vox Graeca quam Latini suam suo more fecerunt. τὸ δαμάλιον, damalio, onis. ut σπυθιον, stuthio. φόρμιον, phormio, & similia.

² Ut quum fuisset octominutalis libra ad duos unumque utriusque carnis libra redigeretur.] Minutos heic argenteos intelligit, quos & alibi minutulos appellant, ut pluribus docebimus alio loco. nam de minoris aëris viri docti qui accipiunt, falluntur, nec enim magna illa fuisset carnis caritas, si octo minutis aëris, non pluris daretur. ubicumque minutos leges, de argenteis scito tibi esse accipiendos. sed de his in commentario παλαιῶς λογαρικῆς.

³ Pro facti qualitate sine indulgentiae proposito.] Sine indulgentiae proposito, notanda hæc locutio, qua & supra usus est: condemnatione adhibita quasi falsi rei approbati sine ullius indulgentiae proposito, quem tamen locum vexavit vir eruditissimus dum emendandum putabat, sine ullius indulgentiae spe proposito, sine indulgentiae proposito, est, nulla indulgentia proposita.

⁴ Per fideles homines suos.] Id est per fideles servos. substantive & absolute fideles posterior ætas de omnibus servis disit. Grammatici notam differentiam inter fidelem, & fidum: & fidelem quidem servum, fidum vero amicum debere dici affirmant. optima Glossæ: fidelis, πιστός. accipit nimirum auctor illius Glossæ, fidelem substantive pro servo, quod ipsius ætate videtur jam obtinuisse.

CASAVBONVS.

² Ut cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque utriusque carnis libra redigeretur.] Ante legem Alexandri vendebatur libra porcinae aut bubulae octo minutis: postea redacta est ad pretium duorum minorum, magna vilitas ex magna caritate. Conferre hæc cum nostro usu non possumus; quia minorum justam ætimationem parum habemus notam. ἀσπίον quæ sunt minuta hæc ἀσπίον, in Evangelio mentio: dicunturque duo efficere quadrantem. Syrus Latinam vocem Graecæ loco posuit: Arabs retulit φόλεις, quam dictionem antea exposuimus. Erant præter istos æreos minutos nummos & alii argentei: ut illi Philippii minutali, quorum meminit Vopiscus in Aureliano. Carnium porro vililitatem Romæ fuisse magnam & Plinius docet nos: qui libro xviii. capite tertio est auctor, assibus singulis carnis pondo xii. ali- quando fuisse vendita.

⁴ Per fideles homines suos.] Membrana, per fideles servos suos. alterum est ex glossa.

eos quos nemo nosset hoc agere, quum diceret omnes præda corrumpi posse. ¹ Servos suos semper cum servili veste habuit, libertos cum ingenuorum. Eunuchos de ministerio suo abjecit, & uxori ut servos servire iussit. Et quum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset, ² ad certum numerum eos redegit: nec quicquam in Palatio curare voluit nisi balneas foeminarum: quum plerosque eunuchos rationibus & procurationibus præposuisset Heliogabalus; hic illis & veteres sustulit dignitates. Idem tertium genus hominum eunuchos esse dicebat: nec videndum, nec in usu habendum à viris, sed vix à foeminis nobilibus. ³ Qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit per eam viam qua esset servis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. ⁴ Provincias prætorias, præsi- 24
diales plurimas fecit: proconsulares ex senatus voluntate ordinavit. Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit: quod quidem jam ante prohibitum, Heliogabalus fieri permiserat. ⁵ Lenonum vectigal & meretricum & exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit, sed

glossa nam homo etiam in Pandectis pro servo. posterior vero ætas, fideles substantiæ pro eodem usurpavit.

¹ Servos suos semper cum servili veste habuit.] Vopiscus in Aureliano: Servos suos vestes easdem imperator quas & privatus dedit.

² Ad certum numerum eos redegit.] Loquitur de ministerio aulico. sed postea cum omnium procerum domus eunuchorum essent plenæ, pervenissentque hanc ob causam eunuchi ad ingentia pretia; lege Aureliani modus constitutus habendi eunuchos, pro facultatibus senatoriis, inquit Vopiscus.

⁴ Provincias prætorias, præsi.] Attigimus hunc locum, supra ad Marci vitam: & de balneis mixtis satis ad Hadrianum.

⁵ Lenonum vectigal & meretricum.] Adi ad Suetonium in Caligula, c. xl.

SALMASIVS.

⁴ Provincias prætorias, præsidiales plurimas fecit.] Paululum abit ab hac lectione vetus scriptura quæ habet, provinciales getorias præsidiales plurimas fecit. ita princeps editio. nec aliter Palatinus qui legit; provinciale getorias. an provincias legatorias? ita legendum. sic enim vocat in quas mittebantur legati Cæsaris tam consulares quam prætorii. sic infra inter rectores provinciarum nominat, legatos, proconsules & præsidēs.

GRUTERVS.

³ Qui de eo fumum vendiderat.] Pal. fumus; forte fumos.

M m m 3

x Sed

¹ sed sumptibus publicis ² ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri, ³ & ærarii deputavit. Habuit in animo ut exoletos vetaret, quod postea Philippus fecit: ⁴ sed veritus est, ne prohibens, publicum dedecus in privatas cupiditates converteret, ⁵ quum homines illi-

¹ Sed sumptibus publicis ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarii deputavit. Vox ærarii non facit hunc loco; arguuntque eam aliorum mss. in quibus ærarii. Palat. noster habet adii, quod mox mutatum in stadium; quod verum est: nisi propius forte ad litteras accedit ad ei. sed aliud quid subesse videtur. vero enim simile est vestigalia illa turpia impendisse locis etiam omni modo voluptariis.

⁵ Cum homines illicita magis possent, prohibitaque favore persequantur. Locum istum falsi arguit Pal. in quo, illicita magis prohibita possent; favore jaclant. quæ non constituo.

CASAUBONUS.

³ Et ærarii dep. Regius, ærarii, ut de publico atriis alicujus refectione locus intelligatur. In Urbis descriptionibus plura atriis nominantur.

⁴ Sed veritus est ne prohibens publicum dedecus in privatas cupiditates converteret. Aurelius Victor in Philippo narrat, cum Pontificum lege hostia mactarentur, suis utero matris feminarum genitalia apparuisse: quod cum dicerent haruspices futurum portendere, ut *αὐτὸς ἐπεὶ σὺν* ingens esset proventus: id frustratum iri, ait Victor, existit mans Imperator Philippus, tamen quia forte præteriens filii similitudinem pro merito ephæbum conspexerat, usum virilis scortis remorandum honestissime consultavit: verum tamen munit: quippe conditione loci mutata, pejoribus flagitiis agitur: dum avidius periculosa, quibusque mortales prohibentur, petunt. ita scribendus hic Victoris locus. perperam enim pro merito est editum, ephæbi, sive pueri meritorii, ut & quæ prostituebantur virgines, solebant *αὐτὸς ἐπεὶ σὺν* & οὐκ ἔστι.

ut loquuntur Græci: hoc est, stare pro meritorio.

SALMASIUS.

² Ad instaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri & ærarii deputavit. Cuius heic ærariam cum Theatro, Circo, Amphitheatro? sane merito ad horum operum refectionem convertisse dici potest Alexander vestigalium, meretricum & exoletorum. ratio enim facile patet. at de ærario non item. optimus liber cui plurimas in hoc opere emendationes debemus, habet: & adii, pro ærarii omnino legendum: ad instaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri, stadium deputavit. sic stadium supra connumeratum cum circulo & amphitheatro in vita Heliogabali: omnes de circulo, de theatro, de stadio, & omnibus locis & balneis meretrices collegit in aedes publicas. meretrices igitur etiam in stadio versari solent, ut in circulo & amphitheatro. Hinc non mirum si harum vestigalium Alexander, ad stadium refectionem deputavit. indubitare vera est illa lectio.

⁵ Quum homines illicita magis possent, prohibitaque favore persequantur. Ore correctorum loquitur heic Spartianus, non suo. cuius rei nobis indicium faciunt libri veteres, in quibus hoc modo legitur: quum homines illicita magis prohibita possent, favore jaclant, quæ sine dubio corrupta sunt, sed facile possunt corrigi, & in eam formam redigi quæ ab auctore prius sunt posita. legimus igitur: quum homines illicita magis prohibita possent, favore jaclant. homines, inquit, qui illorum furor est, res sua natura illicitas, si etiam prohibeantur, magis possent. atque hic est hujus loci sensus.

illicita magis poscant, prohibitaque furore perfequantur. ¹ Braccariorum, ² linteonum, ³ vitreariorum, pel-
lionum, ⁴ plaustrariorum, ⁵ argentariorum, aurificum,
& cæ-

CASAUBONUS.

¹ Braccariorum, linteum.] Braccarii fue-
runt, venditores braccarum: sed e-
mendat Scaliger, me non invito,
Braccariorum. simili errore in Glossa-
rio scriptum erat, Bracharius, πειλο-
ποιός, pro bractearius: ut etiam ex a-
liis ejusdem libri locis potest pro-
bati.

² Linteonum.] Linteones separan-
tur à linteariis. Glossæ: Lintearius,
δενταργός. alibi, Lintearius, δένοντοπώ-
λος: Linteus, λίνον.

⁵ Argentariorum.] Non sunt tra-
pezitæ aut nummularii, sed fabri ar-
gentarii, qui argentea vasa confi-
ciunt, aut celatores, vel similes ar-
tifices. & ita sæpe.

GRUTERUS.

¹ Braccariorum.] Idem Palat. brac-
chariorum. bene Scaliger, bracteariorum.

⁴ Plaustrariorum.] Pal. claustrario-
rum; & malim. apparet enim vestiga-
li isto onerasse artes minus necessa-
rias. sanè claustrarios istos provenisse
sub Heliogabalo, patet ex vita ejus
capite 12. p.

SALMASIVS.

¹ Braccariorum, linteonum.] Palati-
nus & editio: Brachariorum. prope la-
bor ut accedam sententiæ doctissi-
morum virorum heic legentium bra-
cteariorum vel bratteariorum potius. nam
bracharios sapius legere memini in li-
bris manuscriptis pro bractearios vel
bractearios.

³ Vitreariorum.] Idem libri: vi-
trariorum. hoc est qui vitrum confi-
ciunt. βυλαργών.

⁵ Argentariorum, aurificum.] Ar-
gentarii, qui argentea vasa celant vel
alio opere fabricant, qui proprie la-
boriosi dicebantur. vetus interpres
Juvenalis ad illud:

Sic mihi prætereuntes celator, & al-
ter

Qui multas facies pingit cito —
id est, opifices, inquit, serui, argentarii,
laboriosi, anaglyfarii, labor enim in ar-
gento celatura artificum dicitur. i-
dem Juvenalis:

— & Polycleiti

Multus ubique labor, rara sine Mentore
mensæ.

Martialis:

Quis labor in phiala? docti Myos ante
Myronis?

idem,

Solus Phidiaci torquea cali,
Solus Mentoreos habes labores.

idem in Apophoretis?

Quamvis Callaico rubeam generosa me-
tallo,

Glorior arte magis, nam meus iste la-
bor.

Labor autem, & manus, & opus, i-
dem. labor Myronis in phiala, & ma-
nus Myronis, & opus idem signifi-
cant. hinc argentum in opere apud Tre-
bellium de argento facto. & pretium
manus dicebatur quod pro manu vel
labore dabatur artificii argentario, &
unica voce manupretium. Cato: nec
ullum usum manu pretiosum, id est cu-
jus manus vel labor pretiosus foret.
Manilius:

Materiamque manu certa duplicarier
arte,

Quidquid & argento fabricatur, quid-
quid & auro.

primum versum spurium pronuntia-
vit vir summus, & tanquam de al-
chymia loqueretur, capite protrusit
foras. ego vero & elegantissimum
illum versiculum & Manilio dignif-
simum semper judicavi, nec ab ho-
mine Alchymista intrusum esse pu-
to, cum ejus hic sensus sit. materiam
auri & argenti, manu & arte certa,
hoc est factura celaturaque pretio-

M m m 4 fiorem

& cæterarum artium vectigal pulcherrimum instituit: ex eoque iussit thermas, & quas ipse fundaverat, & superiores populi usibus exhiberi: sylvas etiam thermis publicis deputavit. Addidit & oleum luminibus thermarum, quum antea non ante auroram paterent, & ante solis occasum clauderentur. Hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt; quod contra est. Nam & Severus est appellatus à militibus ob austeritatem,

fiorem fieri, & quodammodo duplicari, ut materia pretio, etiam accedat artis & manus pretium. Ovidius:

Materiam superabat opus.

Plinius lib. xxxiii. cap. xi. nec copia tantum argenti fuerat vita, sed validius pene manuspretium, idque jam pridem, ut ignoscamus nobis, non poterat dari dilucidior ac melior interpretes Manilio. tritoris etiam dicebantur quos Græci τριτόριος vocant. Glossa: tritor, τριτόριος. hinc torcum, argentum calatum.

Pbidiaci torcum cæli.

tritum argentum pro calato apud Phædrum:

*anvo ascripti Pyxitelem suo,
Trito Myronem argento: fabula exulanti
Ideo fugata, &c.*

qui locus vulgo sæde depravatus est in editionibus. Virgilius:

Qui radius trivere votis.

Servius: trivere, tornare, composuere de torno. Plinius de vitro: aliud torno teritur, aliud statu figuratur. & hæc satis de laboriosis & tritoribus.

1 Quum antea non ante auroram paterent.] Quis dubiter hanc lectionem acceptam referri debere correctoribus, cum omnes scripti habeant, etiam veteres excusi? quum antea & annonam paterent, & ante solis occasum clauderentur. & quid tam facile fuit quam sic emendare? quum antea & ad nonam paterent, & ante solis occasum clauderentur. Thermæ, tabernæ vinariæ, cauponæ, & lupanariæ apud veteres, non ante nonam aperiebantur. alibi diximus,

GRUTERUS.

1 Cum antea non ante auroram paterent, & ante solis occasum clauderentur.] Palatin. cum antea & annonam paterent, & ante solis occasum clauderentur. adscriptumque oræ; cum antea ad nonam paterent. aut omnino fallor, aut reponendum, cum antea & ante nonam paterent, & ante solis, &c. ut videlicet istud iudulferit, non tam liberalitatis ostentandæ, quam ut homines negotiosos redderet usque ad horam diei nonam; permisisse eis etiam post solis occasum hæere in balneis. ante auroram umquam aperta fuisse balnea, nuquam credam.

CASAUBONUS.

2 Et ante solis occasum clauderentur.] At per hanc liberalitatem Alexandri mutavit antiquum hoc institutum: quod cum multis malis causam vel occasionem præbuisset, revocare tandem veterem consuetudinem incuti principes sunt coacti. Vopiscus de Tacito: Thermas omnes ante lucernam claudi iussit, ne quid per noctem solitionis oriretur.

3 Hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt.] Herodianus & initio libri septimi affirmat, & repetit in ejusdem extremo, Alexandrum ἀπέχεσθαι ἀναμωρτί. ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν ἡμέραν, ἢ τὸ κλεινὸν φανδάνειον. καὶ τὰ λεωῶν μεζίσταις αἰτίαις καταστάντων, ὅπως ἐφεύρατο αἰς τὸν φανδάνειον. Sed infra dicturi sumus, videtur Lampridium aliter legisse istos Herodiani locos.

ritatem, ¹ & in animadversionibus asper in quibusdam fuit. Opera veterum principum instauravit: ipse nova multa constituit: in his ² thermas nominis sui juxta eas quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ *Alexandrina* nunc dicitur. Nemus thermis suis de privatis ædibus suis quas emerat, dirutis ædificiis, fecit. *Oceani solium* primus inter principes appellavit, quum Trajanus id non fecisset, sed diebus folia deputasset. ³ Antonini Caracalli thermas ⁴ additis sortionibus perfecit & ornavit. ⁵ Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est porphyretico & Lacedæmonio, primus instituit, ⁶ Palatio exornato hoc genere marmorandi. ⁷ Statuas colossas in urbe multas locavit, arti-

SALMASIUS.

¹ Et in animadversionibus quibusdam asper.] Pal. & in animadversionibus quibusdam asper. animadversus pro animadversione. sic aversus, pro aversio in Glossis. ἀνεσποφῆ, aversatio, aversus. & avulsus pro avulsio: avulsus, ἀνεσποφῆ. Truncatus, truncatio; ἀνεσποφῆ, proficatio, truncatus: & attributus, pro attributio: Attributus, ἀνεσποφῆ. & infinita ejusmodi, quæ piget persequi.

⁶ Palatio exornato hoc genere marmorandi.] Aliter hanc periodum concipiunt Palatina membranæ & Mediolanensis editio: Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus primus instituit in Palatio, exornatis hoc genere marmorandi. quæ tamen quid sibi velint, ignorare me fateor: & mihi corrupta videntur. forte: instituit, operibus in Palatio exornatis hoc genere marmorandi.

GRUTERUS.

¹ Et in animadversionibus asperior in quibusdam fuit.] Sic Pal. melius quam hæcenus publicati, asper in &c.

⁴ Additis sortionibus perfecit.] Ex eis quæ supra habuimus, reponendum erat, porticibus. sed nec sic Pal. noster.

CASAUBONUS.

² Thermas nominis sui.] Alexandrinas. vide urbis descriptiones, in regione nona.

³ Antonini Caracalli thermas additis sortionibus perfecit & ornavit.] Scribendum, porticibus. in Alagabalo, de his thermis idem Lampridius: sed porticus defuerant, quæ postea ob hoc sub Antonino extructa sunt, & ab Alexandro perfestæ.

⁵ Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus.] Marmorationis genus è duobus marmoribus non est Alexandri inventum, ut videtur sentire Lampridius; sed jam Claudii & Neronis temporibus Romæ cognitum. Lege Plinium libro xxxv. capite primo, & quæ ad Manilii Sphæram barbaricam accurate disputat Josephus Scaliger, de variis vermiculationis & musivi operis generibus. testis & Seneca, Alexandrina marmora crustis Numicidis solita temporibus suis distingui. Non igitur primus Alexander marmorationem ex duobus marmoribus instituit; sed illius fortasse novum aliquod genus è porphyretico & Lacedæmonio.

⁷ Statuas colossas.] Scribe colossas, ut supra. de re vide paullo post.

artificibus undique conquisitis. Alexandri habitum nummos plurimos figuravit: & quidem electros aliquantos,

GRUTERUS.

7 Statuas colossas in Urbe multas locavit.] Sic quoque Pal. & permittamus sanè sic loqui homines non admodum attentos analogiis.

1 Et quidem electros.] Idem Palat. electros, quomodo forsan etiam auctor scripsit.

CASAUBONUS.

1 Et quidem electros aliquantos.] Regius, electro: pro ex electo.

SALMASIUS.

1 Et quidem electros aliquantos.] Raro dicunt, immo nunquam electrum optimi auctores, sed electrinum, quod ex electo factum est. unde electrina vasa apud Marcellum Empiricum sæpe. vetus hoc loco editio præfert cum Palatinis membranis, electros. quod absque dubio verum est. electrus pro electrinus. sic nardus pro nardinus, unde oleum nardum & oleum balsamum pro nardino & balsamino, apud Vegetium de re veterinaria. sic aurichalcum pro aurichalcinum. unde vasa aurichalca apud Anastasium de vitis Pontificum. in Sixto tertio: canthara cerofrata aurochalca viginti quattuor pensant. lib. 15. & in Sylvestri: fecit autem candelabra aurochalca in pedibus decem numero quattuor argento conclusa cum sigillis argenteis. & alibi quam plurimis locis apud eundem auctorem. sic D. de contrahenda empt. vas aurichalcum, pro aurichalcino quem edidit si vas aurichalcum pro auro vendidisset, ignorans tenetur, ut aurum quod vendidit præstet. ubi etiam animadversione dignum, auram pro aureo: quod & observavit veterum Glossarum confarinator. locum afferam ex veteribus membranis exscriptum quem vulgo editores corruerunt. ita enim in archetypo legebatur, quomodo etiam legendum series litterarum facile indicat:

Aurata, χρυσόφαις ἰσθίον.
Aurator, χρυσωτής.
Aura, χρυσά.
Auratum, χρυσοῦσθαι.
Aures, αἰχμῆ, &c.

quæ ideo adscriptimus, ut coniectorem illarum Glossarum legibilem auram, non auram, ut vulgo ediderunt. sic & aurum pro aureus apud eundem, ubi & simile peccatum peccatum quod illos facile convincit, ordo χρυσωτής:

Auritus, αὐτοπετής.
Aurum, χρυσόν.
Aurus, χρυσοῦσθαι.

& ita recte scriptum habebatur in optimo libro membranaceo P. Florentini. sic rosam unguentum pro rosæ in pandectis Florentinis, Dig. de auro, argento, &c. leg. xxi. sed & similitudinis qualia sunt commaginis, crina, rosam, mura. ubi crina pro cininis, & rosa pro roseis. nam rosea unguenta dicebantur quæ Græci ῥοδία dicunt. Scaurus: rosam per se, rosarum mixtum. rosam unguentum intelligitur. colossæ statuæ supra nobis notæ, & vasa onycha pro onychinis. aurichalca pro aurichalcinis etiam notari auctor veteris Glossarii. aurochalca, χρυσόχαινα. ita enim legitur & recte, nec mendosum est, ut vulgo opinantur harum litterarum peritissimi viri. Græci aurichalcum χρυσόχαινα vocabant. hinc χρυσόχαινα quod est ex aurichalco, vel aurichalcinum. Stephanus in voce Ἀνδράγα: Ἀνδράγα πάλαι, ἐπιπρωσὶς ἢ λίθος ὁς καὶ ἰσθίον αὐτὸ γίνεται, εἴτε χρυσὸς πρὸς χρυσοῦσθαι, εἴτε χρυσὸς πρὸς χρυσοῦσθαι, εἴτε χρυσὸς πρὸς χρυσοῦσθαι. sed clarius Strabo aurichalcum χρυσόχαινα quoque vocatum esse ostendit lib. xiii. his verbis: ἐστὶ δὲ λίθος ὁ καλεῖται Ἀνδράγα ὁς καὶ ἰσθίον αὐτὸ γίνεται. εἴτε χρυσὸς πρὸς χρυσοῦσθαι, εἴτε χρυσὸς πρὸς χρυσοῦσθαι.

quantos, sed plurimos tamen aureos. A mulieribus famosis matrem & uxorem suam salutari vetuit. Con- ciones in urbe multas habuit more tribunorum & consulum. Congiarium populo ter dedit, donativum 26 militibus ter: ¹ carnem populo addidit. ² Usuras fœ- neratorum traxit ad trientes pensiones, etiam paupe- ribus consulens. Senatores si fœnerarentur, usuras ac- cipere primo vetuit, nisi aliquid muneris causa accipe- rent: ³ postea tamen ⁴ jussit in semisses acciperent do- num,

δοτίζει ψόδάρωρον ἢ ἀποστα-
δίζου χαλκόν, τὸ καλῶνρον γινεῖ
κράμα, ὃ πῖες ἀρείχαλκον καλεῖσι.
quem locum frustra suspectum habet
vir doctus. nam aurichalcum di-
ctum esse κράμα etiam probat au-
ctor Glossarii, qui κράμα πνον vocat
quod ex aurichalco factum est. ἀ
κράμα, κράμα πνον: ut à δέρμα,
δέρμα πνον. & similia.

CASAUBONUS.

¹ Carnem populo addidit.] Porcinam
ut videtur. Zosimus libro secundo;
Λεκιωδὸς ἔχειται κρεῖων λῶ χρηρῶς,
ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδε τῶ Ρωμαίων
ἐκμῶ. sed porcina distribuenda au-
ctor Aurelianus, teste Vopisco.

² Usuras fœneratorum contraxit ad
trientes pensiones.] Usurarum varius
modus in Republ. Rom. sed illud ta-
men video semper observatum, ut
quo quisque honestioris loci esset,
eo severius fœnerandi licentia illi
interdiceretur. Quare & Justiniani
lege, ut antiquiora omittam, cum
mercatoribus besiales usura permit-
tantur, cæteris saltem semisses; no-
bilibus tamen trientes tantum con-
ceduntur. Mirum igitur est quod
legimus hinc: redegisse Alexandrum
usuras fœneratorum quidem ad
trientes; senatorum vero ad semis-
ses. nam planè contrarium oportuit.
Quare de hoc loco velim docti viri
cogitent. Est quidem profecto rudi-
culum exegisse à fœneratoribus, quo-

rum ea professio, is quæstus unicus,
ut non alia conditione fœnus exer-
cerent, atque imperator ipse: qui, ut
antè dictum, fœnus publicum trientarium
exercuit.

SALMASIUS.

³ Postea tamen jussit in semisses acci-
perent donum, munus tamen sustulit.] Hæc
lectio discrimen quoddam infert in-
ter munus & donum, quæ refert sta-
tuisse Alexandrum, ut in semisses
quidem acciperent donum Senato-
res; munus autem sustulisse. sed a-
liter legendum suadent optimæ
membranz & vetus editio: postea ta-
men jussit ut semisses acciperent. donum,
munus tamen sustulit. atque ita omnino
legendum, donum, munus, ἀστω-
δῆτος dixit id quod muneris causa
accipiebant senatores eo tempore,
quo vetiti sunt creditæ pecuniæ usu-
ras exigere. sic donum, munus junctim
positum multis locis Pandectarum
animadverti. sed unus aut alter lo-
cus mihi succurrebat. D. de operis
libert. ne quis eorum operas, donum mu-
nus aliudve quidquam libertatis causa pa-
trono patronæ liberisve eorum de quibus
juraverit vel promiserit, obligatusve erit,
dare facere prestare debito. D. eod. leg.
VII. jurare autem debet operas donum mu-
nus prestaturum.

CASAUBONUS.

⁴ Jussit in semisses acciperent donum,
munus tamen sustulit.] Est & alia hu-
jus loci lectio: nam antiquitus editi
& pars scriptorum, τὸ in non agno-
scunt

num, munus tamen sustulit. ¹ Statuas summorum virorum in foro Trajani collocavit undique translatas. Paulum & Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri, & magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur: qui tamen ambo assessores Papiniani fuisse dicuntur. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium & septa Agrippiana, ² in latum pedum centum in longum pedum mille, ita ut tota columnis penderet: quam efficere non potuit morte præventus. ³ Isium & Serapium decenter ornavit, additis signis ⁴ & deliacis & omnibus mysticis. In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Romæ in Palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie *ad Mammam* vocant. Et in Bajano palatium cum stagno, quod Mammææ nomine hodieque censetur. Fecit & alia in Bajano opera magnifica in honorem affinium suorum, &

stagna

scunt. qua sublata vocula, tollenda & vox *donum*: aut inferendus *ovv-dov* aliquis inter hanc & sequentem vocem. Legendum igitur censeo, *jussit semisses acciperent: donum munusve tamen sustulit*: Ita solent in jure hæc duo vocabula jungi. ut cum M. Cincius legem de donis & muneribus tulit, inquit non uno loco M. Tullius. sic sæpe in Pandectis. Vulgata lectio discrimen statuit inter donum & munus: quod an sit ultimum, aut quale sit, disputat Ulpianus lege cxciv. De verborum significatione.

GRUTERUS.

⁵ *In semisses acciperent donum.*] Pal. *ut semisses acciperent donum.* quo admisso, videntur illa, *donum, munus tantum sustulit*, orta à librariorum glossis. uno enim indulto sustulit alterum. verum si id auctoris sermoni permittamus, tunc saltem expungenda vox *donum*.

CASAUBONUS.

¹ *Statuas summorum virorum.*] Erant hæc conjungenda cum iis quæ paulo post sequuntur. Exemplum est ab Augusto: quod non solus Alexander est imitatus.

³ *Isium & Serapium decenter ornavit.*] Erant plura jam in Urbe Isidis & Serapis fana: ut obscurum sit de quibus loquatur. sed puto illa intelligi quæ struxerat Caracallus.

⁴ *Et deliacis.*] Id est vasis Deliacæ speciei, aut quæ Deliacæ imitarentur, sicut loquitur Plinius libro xxxvii.

SALMASIUS.

² *In latum pedum centum, in longum pedum mille.*] Pal. & vet. ed. *in lato pedum centum, in longo pedum mille.* in lato, pro in latitudine: in longo, in longitudine.

GRUTERUS.

² *In latum pedum centum, in longum pedum mille.*] Pal. *in lato item in longo.* forsitan verè.

1 Et omni-

stagna stupenda admisso mari. Pontes quos Trajanus fecerat, instauravit pene in omnibus locis. Aliquos etiam novos fecit, sed instauratis nomen Trajani reservavit. In animo habuit omnibus officiis genus vestium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à vestitu dignoscerentur: ¹ & omnibus servis, ut in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne servi ingenuis miscerentur. Sed hoc Ulpiano Pauloque displicuit, dicentibus, plurimum rixarum fore si faciles essent homines ad injurias. Tum satis esse constituit ut equites Romani à senatoribus ² clavi qualitate discernentur. ³ Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uteren-

CASAUBONUS.

¹ Et omnibus servis, ut in populo possent agnosci. Seneca De clementia libro primo, capite xxiv. In senatu dicta est aliquando sententia, ut servos à liberis cultu distingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, si servi nostri numerare nos cepissent.

² Clavi qualitate discernentur. Videtur qualiter dixisse pro quantitate: ut *pro* pro *pro*, similis pro equali usurpasse veteres sciunt eruditi. Erit sensus: instituisse Alexandrum, ut senatorum propria esset laticlavata tunica; equitum angusticlavata. Antea etiam equites laticlavatum sumisse certum est.

³ Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur. Assentior Justo Lipsio rescribenti senatores pro senes. omnino ita legendum.

GRUTERUS.

³ Penulis intra Urbem frigoris causa ut senes uterentur, permittit. Ita & Palatinus. Lipsio tamen visum reponere Senatores.

SALMASIUS.

³ Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur permittit. Recte viri docti, senatores heic pro senes repositum. ante Alexandrum igitur sena-

tores intra urbem pænulas non gestabant. atqui Spartianus in Hadriano scribit, eum cum Tribunus esset plebis, pænulas suas amisisse, quibus uti tribuni solebant pluvia tempore. Tribuni vero illis temporibus, erant senatores, & ex senatoribus tantum creabantur. gestata igitur pænula intra urbem senatoribus ante Alexandrum. sed addit Lampridius frigoris causa iis permisisse ut pænulas haberent, cum antea itineraria tantum essent, & pluviales. itinerarias accipio extra urbem, pluviales intra urbem. ergo vult Lampridius, cum antea pluvia tempore tantum pænulas fumerent senatores, vel si aliquo extra urbem proficiscerentur, his permisisse Alexandrum, ut etiam frigoris causa usurparent. hæc nullibi recte distincta reperiuntur de pænulis, deque lacernis, & confundit hic etiam cum aliis alibi passim, qui lacernas pro pænulis, pro lacernis pænulas plerumque usurpant. pænula Ciceronis ætate, & longe ante Ciceronem itineraria & pluviales fuere, quibus extra urbem tantum, & in itinere utebantur. Lucillius:

*Pænula, si queris, cantherius, servus, se-
giste,*

Utilior mihi quam sapiens.

Varro: *non querenda est homini qui ha-*

uterentur permisit, quum id vestimenti genus temper

ber virtutem pænula in imbri. earum itinerarium pænularum mentio apud Ciceronem, Senecam, alios. exque ut plurimum scortea. Martialis:

Ad subitas nunquam scortea desit aquas.
Varro apud Nonium: pænula scortea reliquam pænulam pertegere. præter has fuerit & pænula, ita dixerim, hyemales. *Χυγιδος* & *Χιμυγισσα* Græci dicunt. quæ quidem pænulae fiebant ex lana Appula, miro candore, & villorum gratia commendata, & frigoris tantum causa habitæ longe ante Alexandri tempora. & falsa notatio Spartiani pænulas antea itineris tantum, & pluviae causa usurpari solitas; Alexandrum vero senatoribus, ut frigoris causa iis uterentur, permisisse. hæc quod in modum gausapinarum textæ essent, gausapina dictæ. Martialis:

Et dolet & queri ut sibi non contingere frigus

Propier sexcentas Scævola gausapinas.
Petronius: gausapina myrtæ succinctus. Martialis de pænula gausapina:

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,

Ut me vel media sumere messe velis.

media igitur hyeme sumebantur. sed de gausapis, & gausapinis alibi. erant igitur & pænulae quibus extra urbem tantum utebantur, & in itinere: erant item quibus adversus frigus, & vim hyemis se muniebant, & quidem etiam intra urbem. habebantur & lacernæ ad pluviam, sed quæ supra togam injicerentur. in officiis faciendis & salutationibus matutinis obsecundis, rogatos sequebatur verna cum lacernis, quas supra togam accipiebant. si forte plueret. Martialis:

Subitæ enim cecidit imber aquas,

Nec venit ablati clamatus vernalacernis.

Juvenalis pingues lacernas, *munimenta* togæ, appellat. ubi interpretes pluviales fuisse lacernas ostendit. tempore quoque ludorum lacernas supra togam habebant contra pluviam. Pli-

nus intendi præter lacernarum scabit ex nubilo virgiliarum oculis, quod pluviosam hyemem futuram significarent. Tiberius referre Dionem, *ὅτι ἐν παντοῦ τῶν ἡμετέρων ἐπέλυτο Πασαῖ μάκεδον*, hoc est pluviam lacernam, non pænulam, ut vulgo interpretantur; & *ἐπέλυτο*, supra togam induit. & hæc differentia pænularum & lacernarum. quod pænula supra tunicam tantum ferrentur, lacernæ & supra tunicam, & supra togam. lacernæ, pænulaeque pluviales, sed istæ in itinere, & extra urbem; illæ intra urbem. autem tamen, ut dixi, plerumque & hæc & illas confundunt. nec dubito cum Spartianus scripsit Hadrianum pænulas suas amisisse, quas Tribuni plebis pluviae tempore gestabant, quin lacernas debuere dicere. Nam Tribuni, ut & reliqui senatores, semper togati, & supra togam lacernas pluviae tempestate. pænulae vero, aut frigoris causa habebantur, & intra urbem, ut gausapinae, & gausapa: ut pluviae & itineris. ut scortea, atque etiam lanæ, & extra urbem. Seneca de pænulis itinerariis ep. lxxxvii. *culcita in terra jacet, ego in calcibus duabus pænulis, altera stragulum, dicitur operosarium facta est, idem natural. quæst. lib. iv. cap. vi. hi quum frigus dicitur adesse jam grandinem, quod expectas, ut homines ad pænulas accurrerent, aut scortea? distinguit pænulas à scorteis, quod illæ lanæ, istæ pelliceæ. scortea tamen pænula dicebantur, & scortea *ἡμετέρον* cum subaudiatur pænula.*

Quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviale fuisse.] Haud paulo melius in Palatino, mea quidem sententia, aut pluviale fuisse.] pluviale vestimentum quod tempore pluviae gestatur: ut itinerarium quod in itinere. veteris scholiastes Juvenalis ad illud:

— pingues aliquando lacernas, in dicitur

itinerarium aut pluviae fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti vetuit, in itinere permisit. Facundiae fuit Graecae magis quam Latinae, nec versu inventus. Et ad musicam pronus, matheseos peritus: & ita quidem ut ex ejus jussu mathematici publice proposuerint Romae, ac sint professi ut docerent. Aruspicinae quoque peritissimus fuit. ² ὀρνεοσκοπία & magnus ¹ ut & Vascones & Hispanorum & ⁴ Pannoniorum augures vicerit. Geometriam fecit, pinxit mire, cantavit nobiliter: sed nunquam alio conscio, nisi pueris suis testibus. Vitas principum bonorum versibus scripsit. Lyra, tibia, organo cecinit: ⁵ tuba etiam, quod

in alia pinguis, ut ostendat grossas, ac per haec pluviales, quae nuntiant à pluvia, non quae ardent. Hinc pluriale substantive & per se positum, genus vestis designat pinguis & villosa pluvialique tempestate geri apta. plurimum dicitur in capitulis Car. Magni.

¹ Et ita quidem ut ex ejus jussu mathematici publice proposuerint Romae ac sint professi ut docerent.] Elegans & luculentus ad hanc rem Ulpiani locus lib. vii. de officio Proconsulis in comparatione legum Mosaicarum & Romanarum, quem & obiter emendabimus. tit. de vaticinationibus & Mathematicis, sed fuit quæstio an verum scirentur hujusmodi hominum puniatur an exercitum & professio. & quidem apud veteres dicebatur professionem eorum non necessariam esse prohibitam. postea variatum. Non dissimulandum est nonnunquam irrepisse in usum, ut etiam profiterentur & publice proponerent. quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum est, qua visi erant vel consulere vel exercere, quam qui fuerit permissum. ita nos legimus. vulgo habetur excusam, & publice reprehenderit, ex quo faciendum putabat vir doctissimus, publice responderent. sed, proponerent, longe melius, quod etiam hoc Lampridii loco confirmatur. ubi simul

publice proponere & profiteri de Mathematicis dicitur.

CASaubonus.

² ὀρνεοσκοπία & magnus.] Mirum quare Graecam vocem potius quam Latinam augur usurpaverit. ὀρνεοσκοπία Zeno Veronensis hac circumlocutione exprimit eleganter: qui per varios avium volatus conjecturis inanibus statum plumea salutis inquiri. in sermone de Jona.

⁴ Pannoniorum augures.] Horum meminit Spartianus in Severo. Porphyrius auctor est, quasdam gentes olim cognationem habuisse quandam cum certis avibus, quarum auspiciis regerentur, cum illarum cantus intelligerent: ut aquilarum Etruscos, corvorum Arabes, alios aliarum. in tertio Περὶ ἀπορίας.

GRVTERVS.

³ Ut & Vascones & Hispanorum, &c.] Palatino abest prior particula &, non malè, ut Vascones Hispanis annumeravit.

SALMASIUS.

² ὀρνεοσκοπία & magnus fuit.] ὀρνεοσκοπος magnus fuit. ita scriptum in optimo Palatino.

⁵ Tuba etiam, quod quidem imperator nunquam

quod quidem imperator ¹ nunquam ostendit. ² Palæ-
 stes primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa bel-
 18 la & gloriose gesserit. Consulatum ter inuit tantum
 ordinarium: ³ ac primo nundino sibi alios semper suf-
 fecit. Severissimus iudex contra fures, appellans eos-
 dem quotidianorum scelerum reos, & damnans aceri-
 me, ac solos hostes inimicosque Reipub. vocans. Eum
 notarium qui falsum causæ brevem in consilio impe-
 ratorio retulisset, ⁴ incisus digitorum nervis ita ut nun-
 quam posset scribere, deportavit. ⁵ Quum quidam ex

nunquam ostendit.] Ostendere signate
 proprium huic rei verbum, cum arti-
 fices nempe committunt, aut speci-
 men artis suæ edunt. Græci ἐπιδεί-
 ξασθαι dicunt, & ἐπιδείξω huiusmodi
 ostensionem sive specimen.

CASAUBONUS.

1 Nunquam ostendit.] Οὐκ ἐπέδει-
 ξας. non fecit palam: neque pub-
 licè specimen dedit huius suæ pe-
 ritia.

2 Palæstes primus fuit.] Reg. palæ-
 stes. scribendam palæstres. sed & al-
 terum est rectum: nam & Græci u-
 troque modo παλαιστής & παλαι-
 στήτης.

3 Ac primo nundino sibi alios semper
 suffecit.] Creationem consulum ve-
 teres Latini dicebant comitia consu-
 laria: postea sublatis comitiis dici
 cepit ordinatio consulum, ut apud
 Suetonium & alios: deinde etiam
 nundinum consulum: quod quare
 ita sit dictum, non satis scio: sed il-
 lud scio, nihil aliud esse nundinum
 consulum, nisi ordinationem. Vo-
 piscus in Tacito: In eadem oratione
 fratri suo Floriano consulatum petiit, &
 non impetravit: idcirco quod jam senatus
 omnia nundina suffectorum consulum clau-
 serat. iterum Lampridius in hoc li-
 bro: Consules quoscumque vel ordinarios
 vel suffectos creavit, ex senatus sen-
 tentia nominavit, suorum eorum contra-
 bens: & nundina vetera ex ordine insti-

tuit. ubi assuta est ineptissima glis-
 scina, vel dies vel tempora.

4 Incisus digitorum nervis.] Specta-
 runt hoc sapius antiquilegum con-
 ditores, ut qua parte quis peccasset,
 eadem puniretur: quod meminisse
 debere multis exemplis Jacobum Ca-
 jacium libro septimo Oblietran-
 num, capite xliii.

5 Cum quidam ex honoratis.] Quo-
 modo honoratus iste, si homo erat
 vitæ fordida & aliquando furoribus
 reus? nec potest referri ad loci digni-
 tatem, quem in Rep. occuparet. pa-
 ret enim omni munere civili fuisse
 immunem. an igitur scribendam, ex
 inhonoratis? an ad opes solam refer-
 xit, quarum merito, ut fit, inter ho-
 noratos isti locus?

SALMASIUS.

2 Palæstes primus fuit.] Sic super-
 amator primus fuit. nam qui in aliqua
 re primus, idem optimus, ut contra
 qui pessimus, ultimus, unde & pes-
 simi pro ultimis in vetustis Glossis.
 pessimi, ἐχθαστοί. & apud Sallustium
 primi & pessimi opponuntur.

3 Ac primo nundino.] Primo nundino.

GRUTERVS.

5 Cum quidam ex honoratis vitæ for-
 dida, &c.] Forte fuit quidam ex hono-
 ratas, id est, qui honoribus excidit.
 sic Salvianus lib. II. de gubern. De
 diademate ex honoratur. item alibi im-
 plici-

honoratis, vitæ fordidæ & aliquando furtorum reus, per ambitionem nimiam ad militiam aspirasset, idcirco quod per reges amicos ambierat, admissus, statim in furto præsentibus patronis detectus est: iussusque à regibus audiri, damnatus est re probata. Et quum quæreretur à regibus, quid apud eos paterentur fures, illi responderunt, Crucem. Ad eorum responsum, in crucem sublatuſ est. Ita & patronis auctoribus damnatus ambitor est: & Alexandri, quam præcipue tuebatur, servata clementia est. ² Statuas colossas vel pedestres nudas, vel equestres, divis imperatoribus ³ in foro divi Nervæ, ⁴ quod *Transitorium* dicitur, locavit omnibus cum titulis, & columnis æreis, quæ gestorum ordinem continerent exemplo Augusti, qui summorum virorum statuas in foro suo è marmore collocavit, additis gestis. Volebat videri originem de Romanorum gentè trahere, quia eum pudebat Syrum dici: ⁵ maxime quod quodam tempore festo, ⁶ ut solent,

Anti-

placiter: Præpotentem virum nequaquam exhorreri à quoquam licet, &c.

CASAUBONUS.

¹ Quod per reges amicos ambierat.] Videntur in aula Imperatoris tum fuisse reges aliqui, aut regum filii. plures enim fuere sub imperio Rom. etiam tum reges: præsertim populorum Asiaticorum.

² Statuas colossas.] Scrib. colosseas.

⁴ Quod *Transitorium* dicunt.] Item Pervium. Aurelius Victor in Nerva.

⁶ Ut solent.] Erant enim Antiochenſes dicacissimi, ut dictum est ad Hadrianum: nec minus Alexandri- ni, de quibus infra in Saturnino ty- ranno Vopiscus.

GRUTERVS.

² Statuas colossas.] Sic iterum Pal- annotatum tamen à recenti manu, alias legi lacosus.

SALMASIVS:

³ In foro Divi Nervæ quod transito-

rium vocant.] Aurelius Victor *pervium* vocat. *pervium*, & *transitorium* idem est. nam *pervium* dicitur per quod transiri potest. *pervia* urbes Marcel- lino sunt, quæ in transitu occurrunt, & per quas in itinere faciundo trans- eundum est. unde apud eundem, *perviam* aliquam urbem habere, est, dum iter quis facit, per urbem aliquam, ita postulante itineris commoditate & necessitate transire. hæ & transi- toria poterant dici. contra Ciceroni devia oppida, quæ extra viam posita sunt. Philippica secunda: *stulte Aquina- tes, sed tamen in via habitabant. quid Anagnini? quicum essent devii, obviam ei descenderunt.* devium scortum dicitur Horatio, non vulgare nec omni- bus expositum. *devia* etiam Latini vo- cant, quæ viam non habent, *trè devo- da*, difficilia & ardua.

⁵ Maxime quod quodam tempore festo.] Quare festo tempore? an non pote- rant eum laceſſere alio tempore,

N n n quam

Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſiverant eum convitiolis, *Syrum* ¹ *archiſynagogum* eum vocantes & *archierea*. Antequam de bellis ejus & expeditionibus & victoriis loquar, de vita quotidiana & domeſtica pauca diſſeram. Uſus vivendi eidem hic fuit: Primum ut, ſi facultas eſſet, ² id eſt ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis ³ in larario ſuo (in quo & divos principes, ⁴ ſed optimos electos & animas ſanctiores, in quibus & ⁵ Apollonium, & quantum ⁶ ſcriptor ſuorum temporum dicit, ⁷ CHRISTUM, ⁸ Abraham, &

Orpheum,

quam feſto? deinde cur non dixit, *quodam die feſto?* Palatinus liber mendam aperit, at non ego emendationem, ſic enim habet, maxime quod quodam tempore, *frustra* ut ſolent Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſitus erat convitiolis. ita enim verus liber, non laceſſiverant. fortallean totus ita locus legendus fuerit: maxime quod quodam tempore à ſcurra, ut ſolent Antiochenſes, Ægyptii, Alexandrini, laceſſitus erat convitiolis, *Syrum*, *Archiſynagogum* eum vocante, & *Archierea*. aut mimarium ſcurram intelligit, aut aliquem de populo ſcurram. horum ſcurrarum meminit in Gallieno Trebellius: *preterendum non eſt haud ignobile facietiarum genus: nam quum rex Perſarum quaſi captivorum per pompam duceretur, quidam ſcurra miſcuerunt ſe Perſis, &c.* ſed cum dicat, ut ſolent Ægyptii, Antiochenſes, Alexandrini, puto heic aliquid aliud vitii ſubelle, quod non poſſum aſſequi. forte urbis Syriæ, vel Ægypti nomen deſideratur, aut ſub illo *frustra* corruptum latet.

1 *Archiſynagogum eum vocantes & archierea.*] ſidem libri: *archiſynagogum eum vocantes archieream*. diſtingue: *archiſynagogum eum vocantes, archieream*. hæc enim aſyndetos concipiuntur: *Syrum, archiſynagogum vocantes, archieream*. *archieream* autem dixit ab *ἀρχιερέως*, ut Latini Orpheum ab *Ὀρφέως*. Latine igitur declinavit.

CASAUBONUS.

2 *Id eſt, ſi non cum uxore cubuiſſet.*] De hoc dictum nobis in vita Commodi ad illa verba, *aquam eſſet ut nonnumquam miniſter*.

3 *In larario ſuo.*] Sanctiorenum & lararium ſecundum habuit, cuius infra fit mentio.

4 *Sed optimos electos.*] Poſſet tolli vox *optimos*: niſi ſcribere malis, ſed optimo quoque electo.

5 *Apollonium.*] Thyaneum plenum illum ſceleftiſſimum: cui illa potiſſimum ætas veneracionis plurimum detulit. vide Vopiſcum in Aureliano.

6 *Scriptor ſuorum temporum.*] Ita ſæpius, pro eorum temp. vel ſic accipiendum, ſcriptor quidam, qui tempora illa, quibus ipſe vivebat, deſcripſit. In Regio eſt ſcriptores, ut poſſit inde ſcribi, quantum ſcriptores eorum temporum dicunt.

7 *CHRISTUM.*] Cuius notitiam habuit per matrem: quam Chriſtiana religionis myſteris initiaram, & ab Origine conſtat informatam.

8 *Abraham & Orpheum.*] *Archieream* modi deos habebat.] Regius codes, & huiusmodi ceteros habebat. quod non temere reſpuendum: nam neque Abraham, neque Orpheus pro diis ab Alexandro habiti. de *Christo* quid crediderit non poſſet dubitari: cum infra ſcribat Lampridius, *vo-*

Orpheum, & hujuscemodi deos habebat, ac majorum effigies) rem divinam faciebat. Si id non poterat, pro loci qualitate vel vectabatur, vel piscabatur, vel deambulabat, vel venabatur. Dehinc si hora permitteret, actibus publicis post multam horam operam dabat,

hinc illi Alexandrum templum facere, & inter deos eum recipere.

SALMASIUS.

1 Abraham & Orpheum & hujuscemodi deos habebat.] Suspecta mihi est hæc lectio: nec immerito. non enim Abraham nec Orpheum, sed nec Apollonium, pro diis habuit Alexander, nec quisquam in illo tempore: sed animas sanctiores & viros divinos, eos existimarunt, & sic coluerunt. in Palatinis membranis legitur, Abraham & Orpheum & hujusceteros. at vetus & prima editio, hujusceteros, ex quo fecerunt postea correctores, & procluserunt hanc, quam vulgo habemus lectionem, & hujuscemodi deos. forte, & hujuscemodi ceteros. nihil enim succurrit aliud, hoc quidem tempore, quod melius aut verius existimem.

GRUTERVS.

1 Et hujuscemodi ceteros habebat.] Sic Regius codex, & Pal. alter à manu secunda, qui tamen, ut & primus, prius habuerat, & hujusceteros hab, ut forte scripserat auctor, & hujusceteros.

3 Actibus publicis post multam horam operam.] Vox horam æque ab utroque Palatino exclusa est, quemadmodum editionibus vulgo receptis. nec displicet; malletque etiam insuper ablatam voculam post.

CASAUBONUS.

2 Rem divinam faciebat.] Aut sacrificando, quod propriè rem divinam facere dicitur: vel adorando solum & incensum ponendo: qui fuit mos multorum: ut illius Marcellinæ Carpoctatis sociæ, quæ in larario suo

imagines Jesu, Pauli, & Homeri & Pythagoræ ita colebat simul, ut scribit B. Augustinus.

3 Actibus publicis post multam horam operam dabat.] Hæc scripta est lectio. vulgati vocem horam non habent. unde prona emendatio, post multa operam d. sed sequor veteres. cur dicat Alexandrum post multam horam publicis actibus operam dedisse, sequentia docent: nec opus interprete.

SALMASIUS.

3 Actibus publicis post multam horam operam dabat.] Quid est post multam horam? præsertim cum tribus ab hinc verbis præcesserit, dehinc si hora permitteret, post multam horam operam dabat. non enim intelligo quo sensu hæc dicantur, hora permittentem, post multam horam operam dare. delendum igitur illud horam, & legendum: dehinc si hora permitteret, actibus publicis non multam operam dabat, idcirco quod & res bellicæ & res civiles per amicos tractabantur. reddit hanc rationem quare non multam operam actibus publicis daret Alexander, & non nisi hora permitteret, quod & bellicæ & civilia negotia amicis administranda relinqueret. sane si necessitas cogebar, non solum non multam operam & si hora permitteret, dabat, sed ante lucem illis vacabat distinguendis, & in longam horam producebat, ut paulo post sequitur. tractatio igitur rerum bellicarum & civilium penes amicos erat. Alexander ipse aut rem divinam faciebat, aut si id non poterat, vel vectabatur vel piscabatur: vel si hora permitteret, hoc est, si vacabat, aliquantam operam actibus publicis impendebat. nec enim multam impendere

N n n 2

dabat, idcirco quod & res bellicæ & res civiles (ut superius dictum est) per amicos tractabantur, sed sanctos & fideles, & nunquam venales: & tractatæ firmabantur, nisi quid novi etiam ipsi placeret. Sane si necessitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat: ¹ neque unquam tædiavit, aut morosus aut iratus resedit, fronte semper pari & lætus ad omnia. Erat enim ingentis prudentiæ, & cui nemo posset imponere: & quem si aliquis urbane tentare voluit, intellectus tulit pœnas. Post actus publicos seu bellicos seu civiles, lectioni Græcæ operam majorem dabat, *De republica* libros Platonis legens. Latina quum legeret, non alia magis legebat quam *De officiis* Ciceronis & *De republica*. ² Nonnunquam & oratores & poëtas, in quibus Serenum Sammonicum, quem ipse noverat & dilexerat, & Horatium. Legit & vitam Alexandri quem præcipue imitatus est: et si in eo condemnabat ebrietatem & crudelitatem in amicos, quamvis utrumque defendatur à bonis scriptoribus, quibus sæpius ille credebatur. Post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut ³ luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lavabatur,

pendere opus habebat, cum omnia per amicos agerentur. Scal. legebat: post multa, operam dabat. & ita ego olim.

CASAUBONUS.

¹ Neque unquam tædiavit.] Verbum novum & meo iudicio elegantissimum, tædiare, pro pertæsum alicuius negotii id deserere, & ut loquitur Marcus imperator, ἀγασσίνην ἐπιβύσιν. commendat Lampridius Alexandri in audiendis causis patientiam: quæ pars magna justitiæ est, & quam primum religioni suæ iudex debet.

³ Luctaminibus mollioribus.] Græci κῆφες ἀγῶνας nominant.

SALMASIUS.

¹ Neque unquam tædiavit.] Hac voce etiam usus est Vegetius de re veterinaria lib. III. cap. II. inter exordia scripturæ tædiant boni adversus omnes morbos potio ista succurrit. Glossæ nostræ: τῆς ἀδυναμίας.

² Nonnunquam & oratores & poëtas.] Palatinus: & orationes, & poetas. orationes pro oratoribus: ut conjugia pro conjugibus, & matrimonia: regna pro regibus: spectacula pro spectatoribus: servitia pro servis. vide quæ supra notavimus.

GRUTERVS.

² Nonnunquam & oratores & poëtas.] Pall. ambo, orationes.

batur, ¹ ita ut ² caldariis vel nunquam vel raro, piscina semper uteretur, in eaque una hora prope maneret: biberet etiam frigidam Claudiam jejunos ad unum prope sextarium. ³ Egressus balneas ⁴ multum lactis & panis fumebat, ova, deinde mulsum: atque his reffectus aliquando prandium inibat, aliquando cibum usque ad cœnam differebat, prandit tamen sæpius. Ususque est Adriani tetrapharmaco frequenter, de quo in libris suis Marius Maximus loquitur, quum Adriani differit vitam. Post meridianas horas subscriptioni & ³¹ lectioni epistolarum semper dedit operam, ⁵ ita ⁶ ut ab episto-

SALMASIUS.

¹ Ita ut caldariis vel nunquam vel raro.] Pal. caldaria, subaudi cella.

CASAUBONUS.

² Caldariis, vel nunquam vel raro.] Cassiam diximus supra ad Cassium Gallicani.

³ Egressus balneas multum lactis & panis sum.] Lege auctore Josepho Scaligero: Eg. balneas, haud multum lactis & panis fumebat, & ova, deinde mulsum.

⁶ Ut ab epistolis, & libellis, & à memoria.] Oi τῶν ἐπιστολῶν αὐτῆς, καὶ τῶν βιβλίων καὶ μνήμης ἀποσώπτες.

SALMASIUS.

⁴ Multum lactis & panis fumebat, ova, deinde mulsum.] Id est jentabat. veteres matutino tempore pane sicco degustato, aliquando prandium inibant, aliquando usque ad cœnam cibum differebant. qui panem siccum non poterant sumere, uvas passas, ficus, ova, lac, mulsum & alia hujusmodi fumebant. à buccis vel buccis panis quem comedebant jentantes, βρακίονος jentaculum: & βρακίονος, jentare. qua de re dicemus infra, & supra jam diximus ad Antoninum Pium. Galenus lib. II. τὰ ἐπισημ. φαρμ. πέντες. ἕτα τε περιγράψ. διὰ τὴν πᾶσιν τὸ λοιπὸν, ὡς ἄραν αὐτῆς ἀπὸ τῆς πᾶσι, ἄρα τὸ ἀποσώπτες βρακίονος.

καὶ καὶ τῶν ἐπισημ. ὡραν ἢ περὶ τῶν, ἢ βρακίονος ἀποσώπτες ἢ ὄψιαι τῶν, ὡς διὰ τὴν πᾶσιν ἕτα τε περιγράψ. ἐπισημ. ἐπισημ. ὡραν ἢ λατῆς. ὅσοι ἢ ἔδυναντο τὸ ἀρῶν ἐδίειν χωρὶς ὄψις, τῶν ἢ ἐλαίων, ἢ φαινίκων, ἢ σαφυλῆς, ἢ ἕνος ἕτα τε διδόναι. hora tertia vel quarta jentabant, hoc est panem comedebant: hora sexta, prandium inibant, si qui pranderent hora nona vel decima, cœnabant. sed hæc ad Vopisci Tacitum pluribus.

⁵ Itaut ab epistolis, libellis, & à memoria semper assistere.] Id est, magistris epistolarum, libellorum & memoria. cum enim quis dicitur ab epistolis, & idem est quod magister epistolarum. ita de ceteris. quattuor autem fuerunt scrinia: scrinium epistolarum, scrinium memoria, scrinium libellorum, & scrinium dispositionum. primi quique & principes in singulis scriniis dicebantur proximi. ut proximus ab epistolis, proximus à libellis, & proximus à memoria, vel quod idem erat, proximus epistolarum, libellorum, & memoria. in scrinio dispositionum non dicebatur proximus dispositionum, sed comes. atque hi sunt qui vocabantur proximi scriniorum. iidem erant & principes scriniorum. leg. XI. Cod. Theod. dicuntur esse in capite constituti: per

omnia scrinia nostra singulis annis emensis qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatim. iidem priores in scrinio esse, leg. x. tit. eod. de prox. scrin. ad similitudinem proximorum qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur: hi quoque qui priores in scrinio dispositionum fuerint, & comitis acceperint dignitatem, &c. cum primi fuerint, non dubium quin & magistri quoque dicti sunt: nam & priores in scrinio dispositionum. qui & comites dispositionum appellabantur, magistros etiam vocat lex 11. eod. tit. clarissimos viros proximos scriniorum & magistros dispositionum vicariorum ordini copulamus. vides proximos scriniorum & magistros dispositionum adæquari. & hi magistri dispositionum, aliis locis passim comites appellantur. atqui proximi aliorum scriniorum comitivæ quoque dignitate ornati fuere. immo ad exemplum, & similitudinem proximorum, illi dispositionum magistri vel priores in scrinio dispositionum, comitum dignitatibus ornari perhibentur dicta lege x. falsus est igitur magnus Jurisconsultus qui magistrum & proximum *ovvci πρῶτος* esse scribit, atque ideo non fuisse in scrinio dispositionum proximum, quia nec magistrum. nam ex his quæ dicimus constat magistrum etiam dispositionum dictum esse qui & comes dicebatur, quique proximis aliorum scriniorum adæquabatur. proximus scrinii est primus in scrinio, quem nemo præcedit. hic & comes erat, ideoque & magister. nam comes & magister scrinii vocabatur. ut in scrinio dispositionum, qui prior erat, idem comes & magister dispositionum audiebat. sic licitor proximus erat, primus & princeps licitorum. Gr. *ὑπερπρόεδρος* summum licitorum interpretantur. at summus licitor, & proximus idem. habebant & illi proximi suos adjuutores, qui dicebantur adjuutores à libellis, ab epistolis, à memoria. mentio est in veteri inscriptione adjuutoris à libellis. erant & proximi rationalium, & proximi tabulariorum,

quibus & adjuutores sui, qui dicebantur adjuutores à rationibus, & adjuutores tabulariorum. proximus igitur in scrinio epistolarum est primus & princeps & magister scrinii epistolarum. præter hos autem proximos, & magistros singulorum scriniorum, omnia simul scrinia magistrum habebant, qui dicebatur magister omnium scriniorum, & magister scriniorum simpliciter. non enim hic erat magister scrinii epistolarum, aut libellorum, aut memoriarum, aut dispositionum, sed horum quattuor scriniorum magister. & quemadmodum in singulis officiis principes, & primates & capita dicebantur officii, super quos unus erat, qui dicebatur magister omnium officiorum & magister officiorum simpliciter; ita unumquodque scrinium proximum suum habuit, qui prior & princeps in illo scrinio fuit: at omnia simul scrinia magistrorum scriniorum. magistri illi scriniorum præferuntur vicariarum potestati tit. xi. C. Theod. proximi vero scriniorum eod. Cod. tit. de proximis, copulantur ordini vicariorum. Cod. Just. magistri omnium scriniorum appellantur. eodem plane modo quo magister omnium officiorum dicitur in antiqua inscriptione, & apud Corippum. Papinianus dicitur curasse scrinia Antonini Bassiani Aurelio Victorio: *scrunt*, inquit de Papiniano, illo tempore Bassiani scrinia curavisse. intellige scriniorum magistrum fuisse. Festus Rufus de Ulpiano: *Hic Alexander scriniorum magistrum habuit Ulpianum Jurisconsultorem*. Lampridius scrinii magistrum Ulpianum fuisse dicit. ubi malim legere: *scriniorum magistrum*. non enim unius scrinii magister fuit Ulpianus, ut puta epistolarum, aut libellorum, aut memoriarum, sed omnium. & qui scrinia curare dicitur, non hoc aut illud scrinium curat, sed omnia simul. argue hæc ut ad hunc locum satis. nam plura & elegantiora dicam in libro de officio domus Augustæ.

epistolis & libellis & à memoria semper assisterent. nonnunquam etiam si stare ¹ per valetudinem non possent, sederent, ² relegendibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant, ita ut Alexander sua manu adderet siquid esset addendum: sed ex ejus sententia qui discretior habebatur. Post epistolas, omnes amicos simul admisit, cum omnibus pariter est loquutus: ³ neque unquam solum quenquam, nisi praefectum suum, vidit, & quidem Ulpianum, ⁴ ex assessore semper suo, causa, just-

CASAUBONUS.

¹ Per valetudinem.] Regius, pra valetudine. & pro, scrinium gerebant, alii regerant. magistri sunt scriniorum.

³ Neque unquam solum quenquam, nisi praefectum suum vidit.] Solum enim à principe admitti nimis fuit in aliis praeter praetorio praef. invidiosum, ut docet similis historia quam refert Xiphilinus in Hadriano. Sed cur solum neminem videret Alexander, causam affert magnam paullo post Lamprid.

⁴ Ex assessore semper suo.] Id est, quo semper ante usus assessore, postea eum fecit praef. praet. abest à scriptis vò semper.

SALMASIUS.

² Relegendibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant.] Qui scrinium gerebant, dicebantur scriniarii. vetus etymologicum Suidae: σκρινιάριος, ὁ αἰσῶν τῶν σκρίνων. item: σκρινιάριος οἱ γραφῆλακες τῶν βασιλείων. σκρινία ἢ ἀρχαία σκρίνον ἃ δὲ δρυφάκων ἐπιλάττανται καλεῖται Ρωμαῖοι. idem: σκρινιάριος ὁ τῶν γραφῶν τῶν ἐπιπέσεων ἐν τοῖς σκρίνοις διαφυλάττων. Glossa βασιλικῶν: Σκρινιάριοι, σκρηνιοφόροι, ἢ ἔν χαρτίσ λαεοι. id est, qui scrinium gerunt. in veteri inscriptione scriniarius ab epistolis dicitur, & est qui scrinium gerebat in officio scrinii epistolarum. TI. CLAUDIVS. DIVI. L. ERASYVS. SCRINIARIVS. AB. EPISTVLIS. sic scri-

niarius à libellis, qui in officio scrinii libellorum scrinium gerebat. vetus inscriptio. D.M. QUADRATO. SCRINIARIO. A. LIBELLIS. id est, scriniarius libellorum: ut scriniarius ab epistolis, scriniarius epistolarum.

³ Neque unquam solum quenquam nisi praefectum suum vidit & quidem Ulpianum.] Infra. solus post meridiem vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat quod ementitos de se multa cognoverat, item sub fine hujus vitae. jam illud insigne quod solum intra Palatium praeter praefectum & Ulpianum quidem neminem vidit. Videri princeps & videre dicebatur. & videbatur quidem ab omnibus togatis qui officia faciebant, & matutinis salutationibus ave suum portabant. sed videre eos dicebatur & praecipue quum solos videbat, quibus impensius familiaris videri volebat princeps. nam illi plurimum posse apud principem existimabantur, quos ille solos videbat. quod facere postea abstinuit prudentissimus princeps Alexander circa omnes, uno excepto Ulpiano, quod multos ea familiaritate abufos cognoverat, & de se fumos vendidisse. idem igitur erat, me videt Caesar, ac si diceret, sum familiaris & amicus Caesaris. Plut. περὶ δυναμίας, cujus verba mirifice ad hunc locum faciunt. πολλὰ γὰρ ἔω ἀδελφείας ἔάντε λέγειν καὶ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἰωιγνήμεθα τοῖς ἀεὶ παρῶσιν, οἷς συστάσις ἐν αὐλαῖς καὶ πρὸς ἡγεμόνας ἐν τοῖς ξείνοις, καὶ βελομήδροι μῆδ' εὐτενέστες εἰπὶν.

justitiæ singularis. Quum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari iussit. Virgilium autem, Platonem poetarum vocabat, ejusque imaginem cum Ciceronis simulacro, in secundo larario habuit, ubi & Achilles & magnorum virorum. Alexandrum vero magnum inter divos & optimos in larario majore consecravit. ³² Injuriam nulli unquam amicorum comitumve fecit, nec magistris quidem aut principibus officiorum. Præfectis autem semper detulit, asserens eum qui mereatur injuriam pati, ab imperatore damnandum esse, non dimittendum. ⁴ Si unquam alicui præsentium successorem dedit, semper illud addidit, *Gratias tibi agit respublica*: eumque muneratus est, ita ut priva-

ειπεῖν, ὅτιν εἶδεν ἡμεῖς ὁ βασιλεὺς, αἰδῶ ἑτέρους ὀρεῖ μῆδον. non me vidit Cæsar, sed alios magis videt.

GRUTERVS.

⁴ Ex adfessore semper suo.] Apparet & istud semper in Palatino.

¹ Inter Divos & optimos.] Pal. inter optimos & divos.

⁴ Si unquam alicui præsentium successorem dedit.] Sic Palat. & habet interpretationem commodam. haud male tamen codex Regius præsentium.

CASAUBONUS.

² Injuriam nulli unquam amicorum comitumve.] Appellat injuriam novè, eum statione sua dejicitur aliquis, siye causa subit, siye non. ita enim ἄδικός hic accipiendum, probant frequentia.

³ Nec magistris quidem aut principibus officiorum.] Parum aut nihil inter magistris & principes officiorum fuit discriminis. plura ad Marcum.

⁴ Si unquam alicui præsentium successorem dedit.] Regius codex, præsentium. atque ita legendum: nisi malis præsentium.

SALMASIUS.

³ Nec magistris quidem aut principibus officiorum.] Manifesto distinguit principes & magistris officiorum. una-

quæque officia suos habebant principes: qui primores & priores, & capita officii dicebantur, quique illius officii cui præsidebant reuera erant magistri. at magister officiorum is erat, qui omnia officia, & principes ipsos officiorum sub se habebat. & princeps quidem officii dicebatur, at magister officiorum. tantum sine intererat inter principem officii, & magistrum officiorum, quantum inter proximum scrinii, ut puta epistoliarum, aut libellorum, & secretariorum magistrum. diximus alibi.

⁴ Si unquam alicui præsentium successorem dedit.] Non indignum animalversione, præsentis heic poni pro præsidibus, nec veluti cæci ad baculum, sic nos par est ad emendationes confugere. nam omnes hoc loco libi præsentium retinent. præsentis igitur qui præsent: ut præsidet qui præsidet: utriusque vero verbi eadem notio. Justinianus: in Byzantiam autem civitate tam vir clarissimus præsentis Papatæ maritimæ quam beatissimus ejusdem civitatis Episcopus & legum professor. legem in vita Getæ: si quid acciperet a præsentibus, id ad summi contulit cultum, neque quidquam cuiquam dedit. nam præsentis ibi sunt præsidet, ut alibi plinius adstruimus.

tus pro loco suo posset honeste vivere : his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, ¹impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, ² quas ratio fabricæ requirebat. Aurum & argentum raro cuiquam, nisi militi divisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas & suorum converteret id quod provinciales dedissent. ³ Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit. ⁴ Fecit Romæ curatores urbis quatuor-
decim; ⁵ sed ex consularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis iussit, ⁶ ita ut omnes aut magna pars adesset, quum acta fierent. ⁷ Corpora omnium

¹ Impendiis ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum.] Lege ad ornandum.
² Quas ratio fabricæ requirebat.] Vetus lectio: quas ratio fabrica.
⁴ Fecit Romæ curatores urbis quatuordecim, sed ex consularibus viris, quos audire negotia urbana cum præfecto urbis iussit.] Suboluit mihi semper de vitio in hac lectione, præsertim cum veteres editiones omnes aliam agnoscant: dixisset enim potius, curatores urbis fecit ex consule idem est, ille nempe qui consul fuit. Palatinus igitur & vetera excusa exhibent, sed ex consulibus veros. vel quis videat emendandum, sed ex consulibus viros. hoc est, consulares viros. nam viri ex consulibus sunt consulares, ut ex præfectis, præfectorii, ex quæstoribus, quæstorii, & similia. sic Græci *ἀρχόντων* dicunt qui sunt ex consulibus. consulares autem & ex consulibus diversi illa ætate. nam ex consulibus qui consules utique fuerunt. consulares legati etiam prætorii viri dicti sunt qui provincias Cæsaris jure consulari administrarent, etiam si consules nunquam fuissent.
⁶ Ita ut omnes aut magna pars adesset.] Vetus editio: & magna pars adesset. recte, nam ita loquuntur.

CASAUBONUS.

³ Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit.] De coronario factis alibi, & supra ad Hadrianum: negotiatorium verò aurum esse videtur, qui aurarius canon & auraria pensitatio sive præstatio in Constitutionibus Imperatorum dicitur. Sed onera negotiatoribus imposita non unius generis fuerunt. nam præter aurariam functionem, fuere & aliarum exactiones sub diversis titulis diversis temporibus inventæ: cujusmodi sunt in Codice, præstatio monopolii, & siliquatici, & sic sunt hoc genus aliarum.
⁵ Sed ex consularibus viris.] Reg. ex consularibus, omiſſa voce viris. primæ editiones hinc corruptissimæ. confer cum altero loco Lampridii ejusdem in Heliogabalo.
⁷ Corpora omnium constituit, vinariorum.] Corporis vinariorum meminit inscriptio vetus Romana, cujus initium est hoc:
 ::::
 C. SEN :::: O. REGVLIANO. EQ.
 R. DIFFVS. OLEARIO. EX. BAETICA.
 CVRATORI. EIVSDEM. CORPORIS. NEGOT. VINARIO. IVGDVN.
 GRUTERUS.
⁷ Corpora Lupiniorum.] Haud aliter quoque membranæ Palatinæ.
 N n n 5 I Lupi-

omnium constituit vinariorum, ¹ lupinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium: hisque ex sese defensores dedit, & iussit quid ad quos iudices pertineret. ² Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum,

VIX

CASAUBONUS.

¹ *Lupinariorum.*] Etiamve lupinarium corpus? qui non possunt alii esse quam negotiatores lupinorum. sed quis veterum lupinaria negotiationis facit mentionem? Videamus igitur, ne scribendum sit *popinariorum*. meminit eorum & paulo post Lampridius.

² *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.*] Paulo post: *Spectacula frequentavit cum summi donandi parsimonia.* Etiam hæc res specimen habuit morum: quare solent diligenter vitarum scriptores hoc notare. nam dissoluti principes & voluptuarii in hoc genere sumtum damnosissimi fuerunt, ut de Vero, Commodo, Alagabalo, Carino, aliis est videre. sobrii contra, præmia scenicorum carperunt, & contraxerunt alius aliter, ut Pius, Marcus, alii. popularitatis potius quam luxus fuit, quod scribit de Augusto Suetonius. cap. XLV. & de Vespasiano cap. XIX. Dabantur autem scenicis præter certam mercedem lege definitam, aut pacto convento, & alia præmia: puta coronæ, quas Cicero & alii corollaria appellare solent, propter vilitatem antiquarum coronarum scenicarum. sed postea etiam ex auro & argento coronæ histrionibus datæ, auctore ejus moris Crasso Divite, ut scribit Plinius libro XXI. capite III. has coronas auctor hic intelligit, aurum & argentum vocans, atque à pecunia separans.

SALMASIUS.

² *Scenicis.*] Vet. ed. *scenicis.* ita scribebant Latini, quamvis Græcis sit *οὐλοῦν*, *scenici artifices* in veteri inscriptione, & *scæna* passim scribitur.

² *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, raro pecuniam donavit.*] Aurum & argentum heic de corollis & corollariis quæ donabantur scenicis artificibus ex auro & argento, interpretantur doctissimi viri. sed quæto, quæ sit ratio ut corollæ aureæ argenteæque nomine auri & argenti veniant, pecunia vero argentea & aurea non veniat? aurum, inquit, & argentum nunquam scenicis, pecuniam vix dabat. at qui dat auream pecuniam, nonne aurum dat? miram profecto mihi videtur aureas coronas, auri appellatione tantum intelligi, auream vero pecuniam minime ita vocari: cum tamen constet aurum & argentum passim apud auctores pro aurea & argentea pecunia usurpari. Lampridius paulo supra: *aurum & argentum raro cuiquam nisi militi dedit, nefas esse dicens, ut dispensator publici in delectationes suas ac suorum id conveneret quod provinciales dedissent.* an etiam ibi per aurum & argentum, coronas aureas & argenteas intelligemus? nemo id, opinor, dixerit. *aurum & argentum dividere* eo loci ponitur, pro nummos aureos & argenteos dividere. infra: *omnem vestem quam donavit, ipse perspexit, omne aurum, omne argentum, idque frequenter appendit: item paulo inferius: gemmarum quod fuit vendidit, & aurum in ararium contulit.* quid igitur dicendum? pecuniam heic Lampridius ab auro & argento distinguit, & pecuniam proprie vocat, æreum nummum. sic nos hodie monetæ nomine, æreos fere minutulos nummos intelligimus, & ab auro discernimus, cum tamen etiam aurea dicatur moneta, ut & argentea æreæque. sic nummum ab auro & argento separavit Suetonius in Nerone his rebus: *partem etiam census annis redonas* confir-

vix pecuniam donavit: pretiosas vestes quas Heliogabalus dederat, etiam fustulit. Milites quos ostensionales

conferre iussit: & insuper inquilinas privatarum aditus atque insularum pensionem annuam representare fisco: exegitque in genti subsidio & acerbitate nummum aspectum, argentum postulatam, aurum ad obpulsam. nummus enim ibi aream pecuniam significat, ut argentum argenteam, aurum auream. notanda igitur ac valde observanda hæc pecunie significatio hoc loco de areis tantum nummis. sed quærit aliquis cur nunquam aureos, aut argenteos nummos scenicis dabat Alexander, cum æreos donaret, idque raro? qui dat in auro, nihil tam parvum potest dare, quin id magnum sit. nam exigua aureorum summa non parvum addert compendium. qui vero dat in ære, etiamsi non parvam areæ pecunie summam conferat, nihil tamen magni confert, propter æris vilitatem, illo præsertim tempore quo octo libræ æris signati vix quadragesimam octavam libræ auri partem æquabant. quod etiam longe viliori pretio permutatum est, post Constantini tempora, cum viginti quinque æris libræ pro uno solido, hoc est auri libræ parte secunda septuagesima redderentur. ergo Severus Alexander, cum admodum parcus esset in scenicorum donationibus, nunquam aureos, nunquam argenteos illis donabat, & vix quidem æreos nummos. aureos autem accipiebant histriones, ac scenicæ donationes in auro fiebant. Spartianus in Marci vita: temperavit etiam scenicas donationes jubens ut quinos aureos scenici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. sed istæ donationes lege Marci circumscriptæ editores spectabant. imperatores vero solebant in theatro scenicis placentibus donare. Suetonius de Galba: cano autem chryaula mire placenti denarios quinque donasse, prolatos manu sua è peculiavibus oculis suis. at Alexander ne argenteos quidem vel

denarios histrionibus donabat, sed æreos, idque raro. idem tradit Dio de Galba: ὡςτε μηδὲ δραχμῆς ἐστὶν οἷς, ἀλλ' ὀβολὸς καὶ ἰσίδριον. hoc fecisse Alexandrum, & nummulos æreos histrionibus donasse, non heic tantum scribit Lampridius, sed etiam paulo supra loco jam à nobis producto, iterumque producendo: auro & argentum raro cuiquam nisi militi dævisit. dividebantur enim aurei militibus in donativo, & donativi summa legitima terni aurei. in Heliogabalo: post concionem pronuntiavit his quasi militibus ternos æreos donativum. militibus tantum aureos dividebat Severus, histrionibus vero nunquam, sed pauculos æreos nummos. rationem quare id faceret, hanc addebat, ne in delectationes suas & suorum converteret, quod provinciales dedissent. aurum enim & argentum inferebant provinciales. qua de re nos alibi. certum est igitur aurum & argentum heic accipi debere pro aureis & argenteis nummis, pecuniam vero pro æreis ac minuta, ut nunc vocamus, moneta. Græci κρόνον, & κερματίον vocant. Glossæ Isidori: collymbum, cermation. Glossæ: κέρμα, æs. æs Latini de auro etiam argento que signato dixerunt. at pecunia heic proprie æs signatum: τὸ κέρμα. sic νεμμεία recentiores Græci de area pecunia fere tantum usurpant. nummus Suetonio absolute pro æreo nummo.

CASAVBONVS.

- 1 Pretiosas vestes.] Lege Vopiscum in Carino.
- 2 Milites quos ostensionales vocant.] Qui ad obsequium principis diebus festis, & solennibus processionibus, ut vocabant, soliti convenire: eujusmodi sunt comitatenses, cohortalini, & Palatinæ militiæ pars maxima. ostensionales, οἱ αὐτὸς ἐπιδρῆν ἰσχυροσμέροι, ἢ ἀρχαῖον βασιλείας.

Sed

les vocant, ¹ non pretiosis, sed speciosis ² clarisque vestibus ornabat: ³ nec multum insignibus aut ad apparatum

Sed ex Lampridii verbis colligas, vulgo usitatissimam eo seculo hanc vocem fuisse: quam tamen in æqualibus ejus scriptoribus legere non memini.

SALMASIUS.

2 *Milites quos ostensionales vocant.* Ostensio heic accipitur, ut Gr. Φαντασία. & ostensionale, τὸ Φαντασιώδες. ut Φαντασιώδες ἰμάτιον, quod ad solam ostensionem ac pompam habetur. Grammatici: κερὸς τὸ ἐνδύμα Ἀφροδίτης. ἡ ἀρχαῖα κερὸς ἢ τὴν πᾶν γυναικῶν Φαντασιώδες ἐνδύμα. id Latine dixisse liceat, ostensionale vestimentum. ostensionales milites igitur sunt οἱ Φαντασιώδεις. Grammaticus quidam: εἰς ἡδὴ τὴν ποικίλον ὠρεδῆσιν. ὁ ἀπὸς μόνον Φαντασιῶν κερὸς ἡδὴ λως χρυσοφορῶν: ad solam ostensionem. pompaticum etiam pro eodem dicunt. nam pompaticum & ostensionale idem. sic carrum pompaticum & pompabilis ornatus est Φαντασιώδης. Trebellius in Gallieno: mille cc. gladiatores pompabiliter ornati. Φαντασιῶν est ostendere. Hesychius: Φαντασιῶν, δειξῶν. Φαντασιῶν, φαίνω. hinc Φαντασία, ostensio. nobis monstrare & parade vocatur. Græci ἐξ ὁδῶν μὲν πολλῆς Φαντασίας fieri dicunt, qui cum multa pompa paratuque fiunt. transfectionem quoque militum in recognitione ac lustratione exercitus ostensionem vocarunt. & ostensionem facere dicebantur, quos hodieque dicimus faire montre. in veteri sacro: TEMPORIEVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERORVM. OSTENSIONE. quidquid ad pompam paratum est, Græci ἐπιδεικτικόν & Φαντασιώδες appellant. hinc ἐπιδεικτικῶν monstrari & ostendi velle. Hesych. ἐπιδεικτικῶν, ἐπιδεικτικῶν μελλόντων ἢ ἡέλων.

1 *Nec pretiosis sed speciosis clarisque vestibus ornabat.* 2 *Nec pretiosis sed speciosis*

clarisque vestibus ornabat. ita Palatinus & prima editio.

CASAUBONUS.

2 *Clarisque vestibus.* Δαμπερὸς ἐστὶν. aut fortasse ἀνθηραῖς, quod videtur huic loco esse convenientius.

3 *Nec multum insignibus aut ad app.* Titubat hæc oratio, nec iuvant scripti. Distinguo, suppleo, & lego: non pretiosis, sed speciosis clarisque vestibus ornabat, nec multum insignibus. nec multum in earum vestes, aut ad apparatus regum auri & serici deputabat. geminatas voces etiam hic omiserunt librarii. vestes insignes sunt quæ & Græcis ἐπισημοί. Diogenes Laertius de Aristotele, ἐστὶν ἐπισημὸν χρυσοφόρον. significat Lampridius, non solum ministros alios Alexandri, seruos & libertos, de quorum vestibus supra & paullo post ab eo dictum: sed ne istos quidem ad pompam & scenam ἢ βασιλικῆς Φαντασιῶν comparatos milites, multum diversa veste viros, ab habitu communi militum.

GRUTERUS.

3 *Nec multum insignibus, aut ad apparatus regum deputabat, &c.* Elegans lectio, quamque imputat nobis codex Palatinus. antea hærebat heic aqua viris doctis, quod esset in vulggo. nec multum insignibus, aut ad apparatus deputabat.

SALMASIUS.

3 *Nec multum insignibus aut ad apparatus regum auri & serici deputabat.* Quæ ad hujus loci emendationem & explicationem atulere viri docti, nullomodo id præstant, cujus rei causa sunt allata. veteres libri sinceram & integram scripturam conseruauerunt, in quibus ita legitur: nec multum in signa, aut ad apparatus regum auri sericique deputabat. atque ita probe planeque scriptum etiam habet editio Mediol.

ratum regium auri & serici deputabat, dicens, *Imperium in virtute esse, non in decore.* ¹ Chlamydes hirtas Severi,

Mediol. signa heic sunt vexilla, quæ factis diebus, in pompis ac sollempnibus processibus imperatoribus præferbantur multo auro argenteoque radiantia. Herodian. l. ii. de Pertinace: *ἡμέρας ἐν καὶ βασιλείας κατὰ τὴν ἐπιπέδου πρὸς τὸ βελῆς, ὅτε τὸ πῦρ ἀποπέσειν εἰσὺς, ὅτε πάλιν τὸ βασιλικὸν σύμβολον εἰς ὑψὺ δρομῶν, πρὸς τὴν κερὰν τῶν γνώμων τὸν βασιλέως βασιλείας.* non ausus imperatorem profiteri se Pertinax, priusquam senatus sententiam de imperio suo qualis esset, comperisset: ideoque cum in senatum descenderet ἐπὶ τὸν παλάτιον, non passus est ignem sibi anteferi, nec vexilla imperialia tolli. ubi vides imperatori ἐπὶ τὸν παλάτιον descendenti prælata vexilla, & alia imperatoria insignia, quæ σύμβολα βασιλικὰ appellat Herodianus. nec signa vexillaque eo tantum nomine passim vocat, sed *πυρρὸς ἀποπέσειν*, & reliquum regium apparatus lib. i. *σύμβολα βασιλείας* vocat: *ἀπὸ τῆς συνήθους τῆς Λακίον τελευτήσαντων τῆς Λακίον τῆς βασιλείας συνήθους, Πομπηϊαῶν οὐκ ἀπὸ τῆς ἑξῆς.* quænam illa essent σύμβολα postea explicat: *καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς βασιλείας ἵκοντες καὶ τὸ ἐν τῆς ἑξῆς τῶν πῦρ ἀποπέσειν αὐτῆς.* in Pertinace vero σύμβολα βασιλικὰ quæ attolluntur sunt vexilla. Ammianus de Constantio qui Romam visite gestiebat, *ut pompam nimis extantem, prætereaque amo vexilla, & pulchritudinem spectatorum ostenderet, agenti tranquillius populo hæc vel simile quidquam videre nec sperantem unquam nec optanti.* Trebellius Pollio de processione Gallieni pompatica cum decennia celebraret novo genere ludorum, pomparumque: *hæc autem aliter fecit quingenta, vexilla centena præter ea quæ collegiorum erant, & sacras, & signa templorum, omniumque*

legionum ibant. sericea autem erant illa vexilla, auroque sparsa. ideoque non dicit Severum hoc loco Lampridius nihil auri sericique deputasse in signa, & apparatus regium, sed non multum auri sericique. vera igitur lectio, *in signa*: cum enim ostensionalium militum heic mentio habeatur, qui in ejuscemodi pompis principi ad obsequium aderant, claris speciosisque vestibus ornati, vexilla signaque omitti non debuerunt, eaque auro & serico fulgentia. nam milites nunquam sine signis. Beda de Eduino rege narrat, semper ante illum vexillum præferri solitum cum per urbem incederet: *nec non & incedente illo ubilibet per plateas illud genus vexilli quod Romani tufam, Angli appellant Tans, ante eum ferri solebat. tufa, vexillum est recentioribus Latinis, quod tamen antiquum est vocabulum, & antiqua Græcaque origine. τῦβη vel τῦβος sindonem aut velum significat. hinc Latinis tufa, aut tufa: ut macorte, & maforte: Gufa & gufa, & similia. τῦβη, velum. unde ἡμεῖς τῦβιον. quod Grammatici συνδόνιον διαργασόν interpretantur, & sudarium. sic φώσσαν, ἡμεῖς φασάνιον. φάρεος, ἡμεῖς φάραον. tufa velum etiam capitis muliebri significat, & ricam, & mitram, & galerum. Glossæ: ὑπορριφικόν, subricianum, quod sub rica gestatur. sed de his infra alio loco.*

CASAUBONUS.

¹ Chlamydes hirtas Severi.] Non prætermittit Spartianus in ejus vita.

SALMASIUS.

¹ Chlamydes hirtas Severi & tunicas asemas vel macrocheyas & purpura non magna.] Spartianus in Severo: *hic tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpuree haberet, cum hirta chlamyde humeros advelaret.*

x Et

Severi, ¹ & tunicas asemas ² vel macrocheras ³ ex pur-

CASAUBONUS.

¹ Et tunicas asemas.] Sine clavo: σημείον, clavus vestis: σημειώται, vestes clavatae. dixerunt & σημειώται. apud Photium tmemate CCXLII. tunica laticlavata dicitur Græcè χιτῶν πορφύρεῖς παλαίῃσι σημαδίοις κρησμηιδύον. quidam clavum ἄλλον verterunt: unde Sosipatro clavus sive clavata vestis, dicitur ἐμπόρφυρον ἢ ἐνηλον. Egnatio nugarum desinere per nos licet.

SALMASIUS.

¹ Tunicas asemas.] Χιτῶνας ἀσημέως. ita enim Græci vocant, quæ carent purpura clavumque nullum habent. Pollux lib. IV. cap. XVIII. κρημική ἢ ἐδής ἐξωμής. ἐστὶ δὲ χιτῶν λευκῆς, ἀσημῆς, ἢ τὴν ἀεισεργὴν παλαιοῦν ραφίῳ ὅσῳ ἔχων. ubi male interpretatus ἀσημον ignobilem vocat. χιτῶν ἀσημον est tunica sine clavo. contra ἐπίσημον ἐδής est vestis tesseres auro textis vel purpureis clavata. ita ἐπίσημον ἐδής τε interpretatur apud Diogenem Laërtium de Aristotele: ἐδής ἐπίσημον κρημίδιον. sic Plinius scribit Phidiam usum esse pallis, quæ tesseres auro intextas haberent. ἐπίσημος plane illavestis. sic ἐπίσημον δρυμέλιον est signatum. contra ἀσημον non signatum. inde ἀσημον Græci recentiores substantive & absolute quodvis argentum appellarunt, etiam illud quod esset signatum. Eusebius lib. I. histor. Eccl. καὶ μὲν αὐτὰ ἀσημον ἐπέκει δολιχῶν αὐτῶν κρησόν ἢ ἀσημον. ubi ἀσημον est pecunia argentea. ἐπίσημα vasa Græci vocarunt, quæ sculpta cælatæque essent, & signis aspera: ἀσημα vero lavia, & nullis signis cælatæque ornata. pecunia quoque probe & expresse signata ἐπίσημον Græcis dicitur. hinc δρυμέλιον δοκιμῶν ἢ ἐπίσημον dicunt, Latini probum nummum & aspe-

rum. Pollux: Ἀργύριον δοκιμῶν, ἐπίσημον. hoc est probum & asperum. apud Suidam incertus auctor: δολιμῆς ἢ ἐπίσημος στατήρης, probos & asperos. hinc in probo & aspero auro qui asperi non essent, sed aut usu detriti aut male à principio signati, ἀσημῆς appellabant. Pollux de pecunia vitio: δρυμέλιον ἀσημῆτον μύρον, ἀσημῆτον ἀσημῆτον, ἀσημῆτον ἀσημῆτον. Philostratus ἀσημῆς ἀσημῆς vocat qui ποικίλματα ex auro non haberent lib. III. vitæ Apollonii cap. V. ὁ δὲ Ἰάσχος ἀσάτην ἢ ἐπίσημον ὑψηλῆς, χαλκῆς δὲ μέλας. ἢ, ἢ πεποικιλῆτος χρυσοῖς ἀσημῆτος. οἱ δὲ τὸ ἀσημῆτον ἀσημῆτον, ἀσημῆτον δὲ ἦσαν, ὑψηλοῖσι τὸ ἦσαν. sic ἐπίσημον annuli dicebantur qui gemmam habebant. Pollux: ἀσημῆτον, ἀσημῆτον, ἀσημῆτον, ἀσημῆτον. ἔτω γὰρ τῆς ἐπίσημῆς ἀσημῆτος ἀσημῆτον τῆς τῆς ἀσημῆτος ἢ ἀσημῆτος αὐτοῖς ἔχοντες. ἀσημῆτος est annuli gemma. ea qui carebant, ἀσημῆτον vocabantur. ἀσημῆτος etiam est vestis clavus apud Græcos. hinc ἀσημῆτος vestis, quæ ἀσημῆτος non habet. Hesychius: ἀσημῆτος ἢ ἐπίσημον ἀσημῆτον ἢ ἐπίσημον ἀσημῆτον. ἐπίσημον igitur, & πολήσημος vestes, sunt multis clavis insignitæ, ἀσημῆτον nullis. multifignes dixit Varro, ἀσημῆτον ἢ πολήσημων: de velitibus: Quem sequuntur cum rotundis velites levis parvis, Antesignani quadratis multifignes etc. ita enim legendum apud Nonium in his Varronis versibus alibi docemus. multifignia sages, sunt πολήσημα vel ἐπίσημα. ἐπίσημον Hesychius, ἀσημῆτον, ἀσημῆτον exponit: ἀσημῆτον vero, ἀσημῆτον, ἀσημῆτον. ² Vel macrocheras ex purpura etc. gna.] Macrochere tunica quæ longas habent

pura non magna ad usum revocavit suum. ¹ In convivio aurum nesciit: pocula mediocria; sed nitida semper habuit. ² Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transit. ³ Nanos & nanas, & moriones & ⁴ vocales exoletos, ⁵ & omnia acroa-

habent manicas. vetus liber heic legit: *Et purpura que non magna.* forte: *Et purpurea que non magna.* vel: *Et purpura que non magna.* dicitur igitur Alexandrum usum esse tunicis asemis que nihil profus habent purpuræ, vel macrocheris, que purpuram quidem haberent, sed non magnam, non igitur latis clavis erant insignitæ, sed parvis & angustis. & sane Severum Spartianus, non scripsit nihil profusum habuisse purpuræ in tunicis, sed vix aliquid purpuræ habuisse.

CASAUBONUS.

³ *Ex purpura non magna.*] Scriptam lectionem, & *purpureas non magnas*, refellit superior in Severo locus: nam ibi dixit Spartianus pro istis, ut *sic tunica ejus aliquid purpuræ haberet.*

GRUTERUS.

³ *Ex purpura non magna.*] Pal. *Et purpureaque non magna: ut videatur restituumendum, ex purpura a que non magna.*

CASAUBONUS.

¹ *In convivio aurum nesciit.*] Potorium pura vel escarium: ut in anti qua inscriptione: GAMVS. AVG. L. FRAT. AVRI. ESCARI. FECIT.

² *Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transit.*] Hoc quis sine admiratione summa legat? nam per antiquissimas Romanorum leges, que conviviis modum ponebant, centum tamen argenti libras convivio licuit inferre. erat enim legis Fannia que circa annum v. rxcx. lata est, caput unum, quo id ita diserte cautum. quantum autem post illam legem ad Alexandrum usque, (id spatium est annum circiter cccclxxx.) luxus Quirintium auxerit, periti historia non

ignorant. Adde quod lex Fannia, non Imperatori posita, sed proceribus veteris Reip. Ministerii appellatione intelliguntur omnia argentea vasa sternendo triclinio necessaria. Ulpianus lege tertia, §. xiv. Dig. Commodati vel contra: *Si de me petisses, ut triclinium tibi sternerem, Et argentum ad ministerium preberem.* Glossæ, *Abacus delfica, Μλωστειον.*

³ *Nanos & nanas & moriones.*] Bene hæc superioribus connectuntur: nam lautiorum mensis nani, nanæ, scurræ, cinædi & moriones semper inerrabant. non ita Augustus, ut narrat Tranquillus.

⁴ *Et vocales exoletos.*] Melius, *Et vocales & exoletos.* qui phonasco dant operam, & vocem erudiunt ad molliem, vocales dicuntur. Sidonius Apollinaris in simillimo huic loco de Theodorico rege Gottorum: *Illic non organa hydraulica sonant, nec sub phonasco vocalium concertus, meditatam acroama simul intonat.*

GRUTERUS.

⁴ *Vocales exoletos.*] Sic quoque Pal. videturque illud *exoletos*, non solum spectare ad proximum *vocales*, sed & ad *nanos, nanas, morionesque*, qui præcesserunt: nec notat fortasse eo aliquid fœdum monstruosumque, sed indicat, horum partem potissimam fuisse floris extincti, ideoque sine magna gratia.

SALMASIUS.

⁴ *Et vocales exoletos.*] *Et vocales, & exoletos.* ita legendum. *vocales* pueri puellæque dicebantur, qui voce canerent. sic *vocales* pueros expressit Agellius lib. xix. cap. ix. *desideravit exhiberi quos habere enim adolescentem sciebat scitissimi*

acroamata, & pantomimos, populo donavit: qui autem ufui non erant, singulis civitatibus putavit alendos fingulos, ne gravarentur specie mendicorum. Eunuchos quos Heliogabalus & in confiliis turpibus habebat

ἰαϊστίμους ὑποφώνους ἑκείνων, qui canerent voce, & qui psallerent. qui canunt voce, sunt vocales. βοκκαλίς Græci recentiores eos appellarunt. Chronicum Alexandrinum: εἶχε δὲ καὶ χορὴς ὑφ' ἑαυτὸν Διόφορος μικρῶν παρρησιῶν, (ἔτα γὰρ εἰσέλθον τὰς παρρησιῶν τοῖς παρρησιῶν αὐτῶν ἀνάγκῃ) ἐχόντων Διόφορος ὄργανα, Ἐ καὶ κύμβαλα, Ἐ δὲ αὐλὰς, Ἐ δὲ τύμπανα, Ἐ δὲ σείληνας, Ἐ δὲ ψαλτήριον καὶ κιθάραν, τὰς δὲ ὠδὸς τὰς λεγομένους βοκκαλίς. & paulo post: τοῦ αὐτοῦ καὶ Διόδοτος Ἐ ῥυθμὸν ἐκαλεῖτο Διόψαλιον. ὡς καὶ ὅτιν ἢ τῶν λεγομένων ὠδῶν ἦτοι βοκκαλίς καὶ μεσοῦν ψαλμῶν ἠθελεν παρεδόντα, τίτε ἐκαλεῖτο ὠδὴ Διόψαλιον. vocales autem βοκκαλίς vocarunt, ut memorales, μεμωραλίς: burichales, hoc est burichos, βυρραλίς; beneficales, βενεφικαλίς.

5 Et omnia acromata.] In veteri editione legebatur: & omnia acromata. nec aliter præferunt scriptum libri manu exarati. in notis Senecæ acroma legitur & acromaticus, & diu est cum ita legendum esse vidi apud Valerium Maximum libro 1. capite VII. cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium priusquam pompa induceretur. nam cum meminissem notatum doctissimo viro veteres libros ibi habere; priusquam acroma induceretur: nunquam dubitavi, quin esset scribendum: priusquam acroma induceretur. fuit tamen cum & putarem scripsisse Valerium: priusquam acroma induceretur. nam καὶ μεσοῦν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ μὲν εἶπε dixere. καὶ μεσοῦν Ἰσμενίς apud Plutarchum. sed & idem Plutarchus Symposiacῶν quaestio-nam lib. 1. cap. 14. ita scribit: ὅς τις

καὶ τὸ αὐτὸν ἡμεῶν λέγει, καὶ καὶ αὐτὸν αὐτὸν καλεῖται. nunc acroma magis placet. acroma autem pro acromata, ut ἀκρωτήριον pro ἀκρωτήριον. in vetustissimis membranis Græcolatinarum, quæ servantur in Bibliotheca clarissimorum fratrum Puteanorum, auditores ἀκρωτήριον. sic Οὐραίου Ὡρίου, & familia sexcenta. ejusmodi autem vero acromata, auditores appellatur in vetusta quadam παρρησιῶν ex Græco verfa. ecce similiter Ladicia, Civitas Ἐ Τυρὸς Ἐ Βερύτιος Ἐ Κασιόνα. sed Ladicia mittit aliis civitatibus agitatoris operum. Τυρὸς Ἐ Βερύτιος, mimarior. Κασιόνα pro pantomimos. Heliopolis choraulas, maxime quæ ἀ Λιβάνο Μυσεῖ illis inservient ἀκρωτήριον dicenti. aliquando autem Ἐ Κασιόνα habet bonos auditores. ita ibi quidem auditores qui adhuc jacet tantum in memoranis, cujus usuram nobis commemoravit doctissimus Jucerus. ubi nemini dubium potest esse quin apud Græcum scriptorem fuerit: αὐτὸν καὶ ἢ Γάλα ἔχῃ ἀκρωτήριον ἀκρωτήριον. quod ille vertit, auditores.

CASAUBONUS.

1 Singulis civitatibus putavit alendos fingulos.] Scrib. deputavit. & ita invenni in regio.

SALMASIUS.

1 Singulis civitatibus putavit alendos.] Forte: deputavit alendos. meministi tamen superius me defendere, hoc loco, putavit. atque ita alibi loquuntur Spartianus.

GRUTERVS.

2. Civitatibus deputavit alendos fingulos.] Sequutus sum auctoritatem codicis Regii, quamvis adhuc sceret Latin. vulgatis, habereque putavit.

bebat & promovebat, donavit amicis, addito elogio, ut si non rediissent ad bonos mores, ¹ eosdem liceret occidi ² sine auctoritate iudicii. Mulieres infames, ³ quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari iussit, ⁴ exoletis omnibus deportatis, ⁵ aliquibus etiam naufragio merfis, cum quibus illa clades consuetudinem habuerat funestissimam. Auratam vestem ministrorum vel in publico convivio nullus habuit. Quum inter suos convivaretur, aut Ulpianum aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat & pasci. Habebat quum privatim convivaretur, & librum in mensa, ⁶ & legebat, sed Græca magis. ⁷ Latinos autem poëtas lectitabat. ⁸ Publica convivia ea simplicitate egit qua privata, ⁹ nisi quod

CASAUBONUS.

¹ *Esilem liceret occidi sine auctoritate iudicii.* Scribo, iudicis. fit autem huius conditionis nominatim mentio: quia servos à dominis occidi lege Hadriani pridem fuerat vetitum: de quo in ejus vita.

³ *Quarum infinitum numerum depreh.* Reg. numerum magnum. est glossema. sed amat Lampridius ita loqui. quare superius cum dicit, *leges de variis fisci moderatas & infinitas sanxit*: nescio an sequendi magni viri qui emendant finitas.

⁴ *Exoletis omnibus deportatis.* De amicis exoletis cape: nam in universum de omnibus falsum. ut & antè dictum.

⁵ *Aliquibus etiam naufragio merfis.* Ut fuit mos in talibus: quod ad Suetonii Caligulam notare meminimus.

⁷ *Latinos autem poëtas lectitabat.* Fortitan melius, *Latin.* tamen p. Latinis literis parum omnino delectabatur: sed poëtas tamen Romanos lectitabat; oratores minus: ideo superius dicebat: *nec valde amavit Latinam facundiam.* hic sensus hujus lectionis: sed non prætermittam lectionem

quam invenit olim in suis libris Robertus à Porta Bon. quæ hæc est: *Habebat cum privatim convivaretur, & librum in mensa, & legebat; sed Græca magis: Latinos autem poëtas lectitabat in publico convivio: ubi ea simpl. &c. dederit hoc Alexander honori civium Rom. convivarum suorum.*

GRUTERUS.

² *Sine auctoritate iudicii.* Nihil opus quidquam mutare. nam iudicium ponitur pro iudice, ut servitium pro servo, matrimonium pro uxore, &c.

⁹ *Nisi quod numerus accubantium creasebat.* Inerrat verbis istis vitium. nam idem dicunt quod sequentia. & alioquin habet Pal. *accubantium.*

SALMASIUS.

⁶ *Et legebat, sed Græcè magis.* Vetus editio: sed Græcè magis.

⁸ *Publico convivio ea simplicitate egit, qua privato.* Omnino scribendum: *publica convivia ea simplicitate egit, qua privata.* de privatis & publicis Principum conviviis alibi dicendi locus aptior, & nos aliquid dixisse in superioribus scimus.

⁹ *Nisi quod numerus accubantium creasebat, & multitudo convivarum.* Alter-

¹ quod numerus accubitorum crescebat & multitudo convivarum, qua ille offendebatur, ² dicens se in
 35 teatro & Circo manducare. Oratores & poetas non sibi panegyricos dicentes, ³ quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat, sed aut orationes recitantes, ⁴ aut facta veterum quos ante retuli, libenter audivit:

utrum heic necesse est παρέλκει, aut numerus accubantium, aut multitudo convivarum. non enim alii accubantes sunt quam convivæ. sed aliter huic loco remedium faciendum est. legimus enim: nisi quod numerus accubitionum crescebat, & multitudo convivarum. accubitiones autem sunt accubita. qua voce etiam alibi usus est, si bene memoria uxor. nam accubitationes pro accubitis in his auctoribus lectæ.

CASAVBONVS.

¹ Quod numerus accubantium crescebat, & multitudo convivarum.] Otiosa verba sunt, & multitudo convivarum. quid enim hoc, nisi numerus accubantium?

² Dicens se in teatro & Circo manducare.] Hoc voluit qui primus dixit, Septem convitium, non in convitium. nam convitium est παρέσθης, & vociferatio multorum simul & incondite clamantium. Arcestratus poëta convivia plurimum quam quinque convivarum, comparabat contuberniis μετόφορον δεπυξίβλων.

³ Ab exemplo Nigri Pescennii.] Historiam respicit Ælio Spart. narratam.

⁴ Aut facta veterum quos ante retuli.] Potest referri ad illa præcedentia verba: Statuas summorum virorum in foro Trajani collocavit. vel ad illa: Festus principum bonorum versibus scripsit. Sed placet regia lectio, quæ hunc locum ita concipit: aut facta veterum quæ libenter audierit.

GRUTERUS.

⁴ Aut facta veterum quos ante retuli, libenter audierit.] Etiam isthæc lectio

minus sincera; quod indicat Pal. in quo, veterum quam ne tulli ceteri audierit.

SALMASIUS.

³ Quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat.] Irrisio est veteris laudari. dictum Pescennii ad eum qui sibi imperatori Panegyricum recitare volebat. Scribe, inquit, laudes Marci vel Hannibalis vel alicujus ducis spiritus viri sancti, & dic quid ille fecerit, ut non contemur: nam viventes laudare irrisio est.

⁴ Aut facta veterum quos ante retuli libenter audierit.] Qui sunt illi veteres quos ante retulit? aut ipse auctor nos fallit, aut librarius. sed iste potius nec enim posse referri existimo ad illa præcedentia verba: Statuas summorum virorum in foro Trajani collocavit. Se sane damnat hanc lectionem vetas scriptura quæ habet: sed aut orationes recitantes, aut facta veterum quos ante retuli libenter audierit. ita enim optimus Pal. sed non sine vitio, quod hæret in illis, quammetu, ex quo impudentissime correctores finxerunt, quos ante retuli, quæ illorum audacia, & παρολοιο σὺν δαλαίπιδ. sed nec placet Regia scriptura quam proponit vir doctissimus aut facta veterum libenter audierit, nam vix cohæret. nisi vereretur nimium vudax videri, non dubitarem sublatam illa voce, quæ negotium sola facillè totum hunc locum sic constituere: oratores & poetas non sibi panegyricos dicentes, quod ex exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat, sed aut orationes recitantes aut facta veterum libenter audierit. sed cum de poëtis & oratoribus loquatur, nullum dubium est, quin ad oratores orationes, tanquam proprium opus retulerit, ad poetas autem facta veterum.

libentius tamen, si quis ei recitavit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retro principum, aut magnorum urbis Romæ virorum. Ad Athenæum, audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poetarum causa, frequenter processit. Audivit autem etiam forenses oratores causas recitantes, quas vel apud ipsum vel apud præfectos urbis egerant. Agoni præsedit, & maxime Herculeo in honorem Magni Alexandri. Solus post meridiem, vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de se multa

veterum: itaque sic potius legerim: *sed aut orationes recitantes aut facta veterum cœnentes libenter audivit.* libenter nempe audivit oratores orationes recitantes, & poetas facta veterum cœnentes, & Achillis & ceterorum Heroum, quæ propria materies carminum. magis vero libenter audivit, si quis ei summorum virorum laudes, quæ Græcorum qua Romanorum, sive poeta, sive orator recitaret. atque hæc de hoc loco, cui meliorem faciunt medicinam, qui poterunt. nos quod potuimus, præstitimus. posset etiam legi: *aut facta veterum digna cogita.* & hoc verum arbitror.

1 Quis vel apud ipsum vel apud præfectos urbis egerant. Nihil heic varietatis in libris. vellet tamen scribi Casaubonus, *agerent: vel, agebant.* sed nihil necesse. immo contra sic legi necesse est ut editum est. mos enim oratorum & advocatorum celebrium hic erat, ut causas quas egerant, vel apud præfectos, vel apud principem, eas animi gratia, vel etiam ad ingenium procudendum & exercendum, reponerent plerumque, & frequenti auditorio majore cum apparatu recitarent. idque à Græcis Latinisque pariter oratoribus factitatum fuisse scimus. exemplum Æschini omnibus in ore & memoria est. Præfecto verbum recitare, quo heic usus est Lampridius, potuit viro docto persuadere causas istas non revera tunc

ante judicem actas esse, cum eas audivit Alexander, sed in auditorio recitatas. quis enim credat imperatorem ad audiendas eas causas processisse quæ apud præfectum urbis agerentur? in Athenæo igitur recitabant oratores forenses, si quas aliquando causas paulo celebriores, aut cum aliqua eloquentiæ fama, vel apud præfectos urbis, vel apud ipsum principem egissent.

GRVTERVS.

2 Vel apud ipsum, vel apud præfectos Urbis egerant. Sic & Pal. ut videatur dicere, recitasse eosdem orationes suas, quibus aliquando coram Principe, aut præfecto urbis huic vel illi patrocinati fuerant; sed recitasse, tunc ornato non paullo comptiore. quod fieri solitum satis constat ex Quintiliano, ex Plinio, ex aliis.

CASAUBONUS.

3 Vel apud præfectos urbis egerant. Scrib. *agerent: aut agebant.* nam scripti, *gerabant.*

4 Agoni præsedit. Fuit agonetheta ludorum Græcanicorum.

5 Solus nunquam aliquos videbat. Excipe præfectos præter præsertim vero Ulpianum, ut ante dictum, & repetitur extremo libro. Pro aliquos jubent scribi homines eruditissimi, *amicos, vel amicos.* in regio est, *S. aliquos non vidit.* nihil muto: sic in fine libri, *In palatio neminem vidit.* & supra, *neque unquam solum quenkum vidit.*



multa cognoverat: speciatim ¹ Vetronium Turinum: quem quum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo sic vendiderat, ut Alexandri quasi stulti hominis & quem ille in potestate haberet & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicque omnibus perituaferat quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac ³⁶ illum arte deprehendit, ut quendam immitteret qui à se quiddam publice peteret, ab illo autem occulte quasi præsidium postularet, ut pro eo Alexandro secreto suggereret. Quod quum factum esset, & Turinus suffragium promississet, dixissetque se quædam imperatori dixisse quum nihil dixisset, sed in eo pendere ut adhuc impetraret, eventum vendens: quumque iterum jussisset Alexander interpellari, & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset, ² neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur, ³ Turinusque ⁴ ab illo qui meruerat, sumi venditor,

GRUTERUS.

¹ *Vetronium Turinum.*] Palat. *Verconium.*

² *Neque tamen interim quicquam.*] Malim quod est in Pal. *intus quicquam:* ut nimirum videretur iste commotis labris loqui aliquid Imperatori cui proxime aderat loco aulæ interiore, ubi spectari quidem poterat ab eis qui foris stabant, sed non etiam audiri.

⁴ *Ab illo qui meruerat, sumi venditor, ingentia.*] Pal. *meruerat sumis venditis.* ut videatur primitus fuisse, ab illo, qui meruerat sumis venditis, ingentia præmia percepisset. sed præstat certe suspicari cum Casaubono, illud, *sumi venditor,* non esse auctoris genuinum, sed glossargi alicujus.

CASaubonus.

³ *Turinusque ab illo qui meruerat, sumi venditor, ingentia præmia percepisset.*] Vide an illa satis *γνηστὴς* sumi venditor:

nam ex ora libri videntur esse profecta.

SALMASIUS.

² *Neque tamen interim aliquid dixisset.*] Palat. & ed. vet. *neque interim quicquam dixisset.* quæ vera est lectio. id est, cum intus nihil suggessisset imperatori eorum quæ promissærat. *intus*, intra aulam. nam illi qui facta dictaque principum sumis vendebant, quique videri volebant multum posse in aula, aut revera poterant in publico omnibus gratiam suam reditabant, quasi hoc aut illud secreto principi suggesturi, & rem quæ postulabatur, ex sententia confecturi. *intus* autem ex vulgari loquendi consuetudine dixit, qua aliquis *intus esse* dicitur qui domi est. nihil frequentius apud Comicos Plautum & Terentium. sic Græci *ἴσθω ἐνταύτη* pro in ædibus esse. Theocritus: *ἐσθὼ ἐνταύτη*.

³ *Turinusque ab eo, qui meruerat, sumi*

ditor, ingentia præmia percepisset: accusari eum Alexander iussit, probansque per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset, & quibus audientibus quid promississet, in foro Transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo appposito quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iusserat, necavit, præcone dicente, *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Ac ne in una tantum causâ videretur crudelior fuisse, quæsit diligentissime antequam eum damnaret: & invenit Turinum sæpe & in causis ab utraque parte accepisse, quum eventus venderet, & ab omnibus qui aut præposituras aut provincias acceperant. Spectacula frequentavit cum summa donandi parsimonia, dicens, & venatores & scenicos & aurigas sic alendos, quasi servos nostros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.

37

fumi venditor, ingentia præmia percepisset.] Hæc ὑπελθε sunt, & mendum flagrant, quod cum facile subodoratus essem, emendationem etiam nobis ostendit optimus liber Palatinus. sic ergo ex ejus auctoritate restituendum: *Τῶν μὲν τῶν καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποπνεύσαντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκ τῶν ἀγροφόνων, ἕως ὅτε ἐστὶν ἐκ καὶ ἀποπνεύσαντων αὐτὸ πύρον.* ὡς ἀμείνον τὸ πύρον καὶ κενῶν.

qui meruerat fumi venditis ingentia præmia percepisset. vel etiam: fumorum venditorum, sed præferenda vetus scriptura, de qua manat idem sensus. nam fumis venditis præmia percipere, nihil aliud est, quam præmia percipere ob venditos fumos.

1 Es fumo appposito quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iusserat.] Fumus ille quo puniebantur, & cruciabantur ita meriti, præcipue fiebat ex lignis vitidibus, quæ humoris plurimum habere certum est, & per consequentias, plurimum fumi ex se dare possunt. quo in genere excellit ficus: ideoque ad fumo necandos fontes sæpius ejus ligna adhibebantur. Lucianus in Proteo: τὸ τέλει δὲ καὶ τὸ

κεφάλαιον καὶ ζῆλον καὶ πύρον σπιθῆναι κερμαίων σκείων, ὡς ἐνι μέγιστε χλαρῶν, ἐναποπνεύσαντι τῷ κενῶ. τὸ πύρον γὰρ αὐτὸ ἐστὶν Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιῆ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀγροφόνων, ἕως ὅτε ἐστὶν ἐκ καὶ ἀποπνεύσαντων αὐτὸ πύρον. ὡς ἀμείνον τὸ πύρον καὶ κενῶν.

CASAUBONUS.

2 Præcone dicente.] Infra, Per præconem cum aliquem emendaret, dici jubebat, *ουδ.* similia apud Jurisconsultos & alios superdicta.

3 Fumo punitur qui vendidit fumum.] Reg. F. pereat. sic & in jure incendio consumitur, qui incendium fecit.

4 Quasi servos nostros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.] Hæc tria nomina tribus modo positus respondent: sed ordo est inversus. venatores, id est domesticos *θηροδύταις*, refer ad venatores amphitheatralium venationum; muliones ad aurigas circenses; ad scenicos autem, voluptuarios, cujusmodi sunt, nani, motiones, vocales, exoleti, & omnia acroamata.



rios. ¹Convivium ²neque opiparum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ³ita tamen ut pura ⁴mantilia mitterentur: sæpius cocco clavata, ⁵aurata vero nunquam, ⁶quum hæc Heliogabalus jam recepisset, & ante, (ut quidam prædicant) Adrianus habuisset. Usus convivii diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarii xxx. ⁷panis mundi pondo xxx.

panis

SALMASIUS.

¹ Convivium neque optimum neque nimis parcum.] Verus editio habet excusum: neque opinatum. quod illa vitium hausit ex vitiosa scriptura libri antiqui in quo scriptum fuit: neque opinarum: nam ita plane Palatinus habuit. omnino scribendum: neque opiparum, neque nimis parcum.

GRUTERVS.

² Neque optimum, neque nimis parcum.] Pal. neque opinarum, superscriptumque quasi esse deberet, opinatum. male: reformandum potius erat, in opiparum.

CASAUBONUS.

³ Ita tamen ut pura mantilia mitterentur: sæpius cocco clavata; aurata vero nunquam.] Mantilia mittere, non aliud quam sternere. Pollio in Galienis, mantilibus aureis semper stravit. in Petroniano convivio dicitur Trimalchio circa oneratas veste cervices laticlaviam misisse mappam. quod loquendi genus è tricliniis in circos est translatum. Pura autem mantilia sic dicuntur, ut toga pura, id est, $\Delta\pi\epsilon\epsilon\upsilon\rho\theta\epsilon$: sic & vexilla pura. Puris opponuntur clavata. Clavi non tunicis solum adfuebantur; sed & suppellectili, præsertim tricliniari. Linteorum purorum & clavatorum postea meminit in hoc libro Lampridius. Ammianus quoque libro xvi. linteorum toralium, duos clavos habentium latissimos: mappæ laticlavæ Petronius. mantilium clavatorum hic Lampridius. Facitque duo genera cocco vel auro clavato

rum. siebant enim clavi, qui accessionis loco vestibus cedebant, ut scribit Ulpianus, è cocco vel purpura, vel auro Hieronymus in Esaiam libro primo, tunicam purpuream, id est clavatam purpuram. Scribe, purpura. sic enim loquebantur.

SALMASIUS.

³ Ita tamen ut pura mantilia mitterentur.] Pura mantilia, $\tau\epsilon\lambda\ \delta\alpha\pi\epsilon\theta\upsilon\mu\alpha\ \chi\epsilon\tau\epsilon\theta\mu\alpha\ \lambda\epsilon\gamma\alpha.$ $\tau\epsilon\ \delta\alpha\pi\epsilon\theta\upsilon\mu\alpha,$ cocco clavata, sunt $\chi\alpha\upsilon\sigma\theta\eta\mu\alpha.$

⁴ Mantilia.] Verus liber: mantilia. atque ita scribendum. hæc mantela, hoc mantelum, & hoc mantele dicebatur, de quo nos infra plura.

⁵ Aurata vero nunquam.] Id est auro clavata, $\chi\epsilon\tau\epsilon\theta\eta\mu\alpha.$

⁶ Quum hæc Heliogabalus jam recepisset.] Cum hæc habere Heliogabalus jam cepisset. ita in Palatino.

⁷ Panis mundi pondo xxx. panis sequentis ad donandum pondo x.] Panis sequens & secundus, idem. & sane sequens & secundus, res eadem & ex eodem fonte sunt voces. secundum enim veteres dicebant & scribebant pro sequendum, ut dicendum, faciendum, & similia. inde igitur secundus vel sequendus, qui tequi debet, id est proximus à primo, aut qui primum sequitur. nam is est sequens vel secundus. nam *secor* pro *sequor*, scribebant veteres. ut autem *sequens* pro *secundo*, sic *secundus*, pro *sequente* apud Ennium in Medea:

Si te secundo lumine hoc offendero,
Moriere. —
quæ verba erant Creontis ad Medeam,

'panis sequentis ad donandum pondo L. ² Nam semper de manu sua ministris convivii & panem & partes aut olerum aut carnis, aut leguminum dabat, ³ senili profus maturitate patremfamilias agens. ⁴ Erant decreta & carnis diversæ pondo xxx. ⁵ erant & gallinæ ova, adhibebatur & anser diebus festis : Calendis autem Januariis, & ⁶ hilariis, matris deum, & ludis Apollinari-

deam, quæ expressa sunt ad verbum ex illis Euripideis :

Εἰς ἡπιότα λαμπὰς ὄψε) θεῶ, Οὐαῖ. ---

sed hæc alias panis igitur mundus, & panis sequens hæc opponuntur: ut in formula Marculfi panis nitidus, & panis sequens : Panis nitidi modios tantos, panis sequentis modios tantos, vini modios tantos. nec dissimulandum in editione Parisiensi illa verba, panis sequentis modios tantos, vulgo deesse. quæ tamen in libris scriptis non omittuntur. sic δὲ πρῶτα ἀλλοῖα Græci, τὰ δὲ πρῶτα, & δὲ πρῶτα.

CASAUBONUS.

¹ Panis sequentis.] Secundarii, vel secundi.

³ Senili profus maturitate.] Quia senes sunt, ut plurimum, præparci.

⁴ Erant decreta & carnis diversæ p.] Probè sine dubio: decreta, id est, constituta in sumtrum quotidianum. Regius tamen aliter, ubi est, Erant & cetera carnis d.

⁵ Erant & gallina ova.] Legebam, gallina & ova. sed locum aliter constituit regius, qui habet: erant & gallinacii duo: adhibebatur & anser, & ova, diebus festis.

SALMASIUS.

² Nam semper de manu sua.] De manu sua dare, pro manu sua. sic amabant loqui illo tempore. pilos sibi de resina tollere dixit vetus Juvenalis interpretes, pro resina pilos tollere. Marcellus, de fascia constringere: eamque tribus horis de fascia ad splenem positam constringet. idem: de canna occidere, pro

canna: Catellum lactentem de canna occide, & de ipsa canna splenem ejus tolle. Servius, de torno componere: Aut vadios trivere rotis, tornavere, de torno composuere.

⁵ Erant & gallina ova.] Non dicit quot ova, quod non omisisset. sed nec placet, gallina ova: dixisset, gallinarum ova, omnia igitur vitium clamant. sed maxime Palatinus codex, in quo scribitur: erant & gallinacioro. ex qua scriptura nemo, credo, dubitat manasse lectionem vulgatam, quam nos in solas terras amandamus, & reponimus: & gallinacii duo. gallinacii pro gallinacii, ut fere scribitur in libris. sic in subditis: & hujusmodi sistis fasianus, ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinacii duobus.

GRUTERUS.

⁴ Erant decreta & carnis diversæ.] Sic etiam membrana Palatina.

⁵ Erant & gallinacii duo.] Pal. erant & gallinacioro; quod cum proxime accederet ad scripturam Regii codicis, eam putavi exprimendam, reiecto vulgari erant & gallina ova. quo quid ineptius? alioquin de duobus istis gallinaceis iterum sermo, periodo proxime sequenti.

CASAUBONUS.

⁶ Hilariis matris deum.] Hilarem diem, sive hilaria, appellarunt omnem sive privata, sive publica festivitate solennem diem. Maximus in scholis ad epistolam octavam Dionysii qui hierarchiam descripsit: ἡσάιν πινες ἡμέραι τοῖς εἰδωλοῦ τῆσσι, αὐτὸς ἰλαρίας ἐνάλην. ἢ αἰ μὲ ἡ-

linaribus, & Jovis epulo, & Saturnalibus, & hujusmodi festis diebus fasianus: ita ut aliquando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus. Leporem quotidie habuit, venationem frequentem, sed eam cum amicis dividebat, & his maxime quos sciebat per se non habere. Nec divitibus quicquam talium munerum misit, sed ab his semper accepit. Habuit quoti-

die

σαν ἰδίαν καὶ ἰλαρίους, ὡς ἄταν πρὸς ἕξ-
 μῶν, ἢ ἕον ἐκείτω. αἱ δὲ κριναὶ καὶ δη-
 μῶσαι ἸΛΑΡΙΑ ἐκαλεῖτο, ὡς ὅταν
 βασιλεὺς ἀναγορεύοιτο πρὸς δημο-
 σίας ἰλαρίας παρεῖχε, καὶ ἔτε πένθιμα
 αὐ ταύταις φορεῖν ἐξέλιτο. ἀλλὰ καὶ
 θεῶν, καὶ θυσιῶν καθ' ἐκείνην ἡμέραν διε-
 τελεῖτο δημοσίαι, καὶ οἱ πινθέντες
 ἐπαινοῦτο, καὶ ἐθεώρουν, καὶ ἐν οὐρανῶν
 ἀπαύσοις διήσαν πρὸς ἀελομένους ἡμέ-
 ρας ταῖς ποιαύταις ἰλαρίαις. Erant
 & peculiariter dicta HILARIA, vel po-
 tius HILARIA MATRIS DEVM, octavo
 Kal. Aprilis celebrari solita, ut docet
 Macrobius, quem lege. Græci à qui-
 bus Romani habent, hunc diem vo-
 cabant ANABAΣΙΝ. at præcedentem
 nominabant ΚΑΤΑΒΑΣΙΝ. erat enim
 plantatus dies & lamentationis. Lati-
 ni hanc quoque appellationem mu-
 tarunt, & dixerunt SANGVINIS DIEM.
 Trebellius in Claudio: cum esset nun-
 ciatum nono Kal. Aprilis ipso in sacratio
 Matris, SANGVINIS DIE Claudium Im-
 per. factum, neque cogi senatus sacrorum
 causa possit. Postea verò & Græci
 Anabateos diem cum Romanis ap-
 pellarunt Hilaria matris deum. Pho-
 tius in Excerptis ex Isidori vita:
 Διὸς ὁ συζευκτός ἐπὶ τῇ Ἰεραπόλει
 ἐστρατεύσας, ἐδύκεν ὄναρ ὁ Α' τῆς
 ἡμέρας, καὶ μὲν ἐπιτελεῖσθαι ὄναρ τῆ
 μεταρὸς τῆς θεῶν τῶν ἰλαρίων κα-
 λεῖται ἑορτῆν ὁ αὐτὸς ἐδήλα τῶν ἐξ
 αὐτῶν γενομένων ἡμῶν σιωπηρίων.
 Dionysius epistola ad Demophilum:
 ἔλεγε Κάρπῳ, is erat Cretensis epi-
 scopus, ὅτι λελύπηκεν αὐτὸν ποτὶ τῆ
 ἐπίσταυ τῆς ἢ λύπη δὲ λῶ, ὅτι τῆ ἐν-

κλησίας ἐκείνους πρὸς τὸ αὐτὸ
 ἀπεπλήθησαν, ἐπὶ τῆ ἰλαρίων ἡμέρῃ
 αὐτῶν τελεῖται. Maximus scholias-
 tes; λῶ δὲ καὶ ἸΛΑΡΙΑ ἑορτὴ ἰδίᾳ
 Ῥωμαίων. εἰς πρῶτον τῆς μηνῆος τῆς
 αὐτῶν, μάλλον δὲ δεκάμηνου, ὡς φησὶ
 Δημόφιλος ἐν τῷ Περὶ τῆς παρὰ
 θεῶν θυσιῶν καὶ ἑορτῶν videtur
 Maximo parum constitisse. Quis
 ne an ἰδικῶς acciperet apud Diony-
 sium vocem ἰλαρίων. eidem dubi-
 tationi locus quoties Romani scrip-
 tores Hilaria simpliciter nominant.
 ut Vopiscus initio Aureliani: Hila-
 rīus, quibus omnia fista & fieri debent
 scimus, & dici, impletiis solennibus, celato
 suo me præfatus urbis accepit. sed puto
 Hilaria matris deum intelligi.

1 Et Jovis epulo.] Lege Festum in
 Epulonos. meminertur Livius, Vale-
 rius Maximus, alii.

2 Venationem frequentem.] Poste-
 rior Latinitas discrimen, quod per
 analogiam nullum erat, statuit tamen
 inter venatum & venationem. ut illud sit
 ἡμέρα, hoc ἡμέρα. nam ita proprie
 hæc Græci. Sidonius in epistola ad
 Industrium libro IV. ferarum carnis
 abstinet, curibus acquiescit: itaque occul-
 te delicatæque religiosus, venatu vitium, me-
 uitur venatione. sic alii. Græci quo-
 que interdum τῆς ἡμέρας φησὶν, pro
 ἡμέρα φησὶν, vel sci ferina.

SALMASIUS.

3 Habuit quotidie mili sine pipere sex-
 tarios quattuor.] Optimus Palatinus:
 habuit quotidie & mili sine pipere. lege
 habuit quotidie annuli sine pipere sextarios
 quattuor. annulum enim vel annulum scri-
 bebant.

die milii sine pipere sextarios quatuor, cum pipere duo: & ne sit longum omnia inferere quæ Gargilius Martialis ejus temporibus scriptor singulatim persequutus est, omnia illi ad modum & rationem sunt præbita. Pomis vehementer indulgit, ita ut secunda mensa illius sæpius poneretur, unde etiam jocus extitit,

lebant, non amyllum, ita semper scribitur apud Apicium, & in vetustissimis quibusdam Vindiciani ex Apicio excerptis, quæ penes me sunt. amyllum ex oryza. unde & amyllum dici debere contendebar Scaurus, non amyllum, quod non sine mola fit.

GRUTERUS.

3 Habuit quotidie milii sine pipere sextarios quatuor.] Pal. integer: Habuit quotidie & mulis sine pipere, quomodo & excerpta. adeo ut inclinem in Scaligeri amyli.

CASAUBONUS.

1 Mulis sine pipere.] Lego amyli cum Josepho Scaligero de hoc Græci multa, & rei rustica scriptores. in regio ejus vocis loco lacuna est.

2 Gargilius Martialis ejus temporibus scriptor.] Leg. ejus temporis, vel sui temporis, ut in Pio, Marullus sui temporis monographus. & supra non longe, quantum scriptor suorum temporum dicit sic habim, poeta temporum Alexandri. Gargilium Martialem inter secundæ notæ historicos Vopiscus recenset in Probo. Nescio an hic sit Gargilius Martialis, qui de re hortensi libros edidit, quorum Servius in Virgilio, & Palladius meminerunt.

4 Ad modum & rationem.] Πᾶσι μίσην καὶ ῥῶν μω.

6 Ut secunda mensa illius sæpius poneretur.] Lego, illi iis sæpius pau. vel, exiis.

GRUTERUS.

2 Gargilius Martialis, ejus temporis scriptor.] Sic plane Pal. non temporibus, sicut ante editi.

3 Omnia & ad modum & ad rationem illi sunt præbita.] Trajeci voces, suasu utriusque Palatini.

6 Ut secunda mensa ejus sæpius poneretur.] Et hoc est à Palatinis, quo ipso excluduntur aliorum divinationes. erat in vulgg. una littera minus, poneretur.

SALMASIUS.

3 Omnia illi ad modum & rationem sunt præbita.] Nihil habet hæc lectio quod jure reprehendas, nisi quod parum deflexa est à modo vel modulo, ut ita dicam, veteris libri excerptorum Spartiani, & Palatini scripturæ, quæ est: omnia illi admodum tanta rationem sunt præbita. ex qua legendum, me quidem auctore vel conjectore: omnia illi admodum tanta ratione sunt præbita. cujus lectionis veritatem simul & elegantiam qui non perspicit, nihil videt. arta autem & laxa ratio quid sit Latine loquentibus, nemo sibi explicari postulet. parsimoniam igitur in victu per ista commendat: qua senili prorsus maturitate ac tenacitate, patrem familias agebat Alexander.

5 Ita ut secunda mensa illius sæpius poneretur.] Corrigit vir doctissimus: ita ut secunda mensa illi iis, vel ex iis, sæpius poneretur. perperam. secunda mensa veteribus fere ex pomis. qua voce omnia rei & omnes comprehendebant. melius igitur legas ex veteri: pomis vehementer indulgit, ita ut secunda mensa illi sæpius poneretur. pomis indulgebat Alexander, & eorum gustu capiebatur: propterea secundam sibi mensam non semel sed sæpius adponi volebat, ut sic suam circa poma aviditatem satiaret.

titit, ¹ *Non secundam mensam Alexandrum habere, sed secundum.* Ipse cibo plurimo reficiebatur: vino neque parce, neque copiose, affatim tamen. Frigida semper pura usus, ³ æstate vino cum rosa condito: quod quidem solum ex diverso genere Heliogabali tenuerat. Et quoniam de lepuculis facta est mentio, quod ille leporem quotidie haberet, jocus poëticus emerfit, idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos qui leporem comederint, ⁴ ut Martialis coci epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit hujusmodi,

Quum leporem mittis, ⁵ semper mihi Gellia mandas,
Septem

¹ *Non secundam mensam habere Alexandrum sed secundum.]* Scripti: *secundo.* quod idem est, & usitatus apud istos scriptores, qui *secundo, tertio, quarto, septimo*, pro bis, ter, quater, quinquies, septies sapius usurpant. jocus autem inde emerfit in Alexandrum, quod secundam mensam sibi adponi non semel ut moris est, sed etiam bis aut ter jubebat. hinc non secundam sed secundo illi mensam poni dicebant dicaculi.

² *Ipse plurimo cibo reficiebatur.]* Veteres: *referebatur.* multi cibi fuisse Severum Alexandrum ex hoc loco discimus, qui & hoc nos docet, nihil esse mutandum supra ubi de jentaculo Alexandri sic loquitur Lamprius: *egressus balneas multum lactis & panis sumebat, orca, deinde mulsam.* at ibi viri doctissimi reponunt: *haud multum lactis.*

³ *Æstate vino cum rosa condito.]* Vinum cum rosa conditum esset, pro rosa conditum. sic alibi loquutum notavimus Spartianum in Severo: *umeros cum chlamyde velare, pro chlamyde velare. & piscinam cum piscibus implere, pro piscibus implere, in Heliogabalo.* aliter heic tamen Palatinus, in quo sic legitur: *æste cum vino rosa condito.* lege ac distingue: *frigida semper pura usus æstate, cum vino rosa condito. vel: tum vino*

rosa condito.

⁴ *Ut Martialis coci epigramma significat.]* De coci cognomine, quod vulgo Martiali attribuunt veteres ejus libri, alias viderimus: nunc hoc tantum heic habemus dicere, coci hoc loco non agnosci à veteribus membranis, nec ab editione prima. sic enim in omnibus probe planeque expressum est: *ut Martialis epigramma significat.* nec aliter vetustissima excerpta Spartiani.

⁵ *Semper mihi Gellia mandas.]* Gellia in excerptis Spartiani.

CASAVBONVS.

⁴ *Ut Martialis coci epigramma significat.]* Scribendum, *Coci.* quod Martiali cognomen tribuitur in plerisque antiquis librorum ipsius exemplaribus. & Johannes Salisberienfis non uno loco. Martialis epigramma habes libro quinto.

GRVTERVS.

⁴ *Ut Martialis etiam Epigramma significat.]* Haud aliter biga Palatinorum. non Martialis coci, quod antea obtinebat, natum forte ab *quos,* æquivalente etiam, quemadmodum alioquin legendum, per litteras mecum communicaverat amicissimus Joannes Meursius.

Septem formosus Marce diebus eris.

Si verum dicis, si verum Gellia mandas,

Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos versus Martialis in eam quæ deformis esset, composuit: poëta verò temporum Alexandri hæc in eum dixit:

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,

Quem

CASAVBONVS.

Pulchrum quod vides esse nostrum regem. Ineptissime febriculosus hic poëta, posteriorem in *vides* corripit: cuius licentiæ simile exemplum in Pescennio Nigro, & statim in voce *paras* bis posita loco duarum brevium: nisi amphimacron pro dactylo pede putabant genus hoc versuum admittere. nec meliore jure in hendecasyllabo Sapphico sive Phalæcio spondeeum posuit iste loco trochæi. qua tamen licentia & interpres versuum Alexandri utitur.

SALMASIVS.

Pulchrum quod vides esse nostrum regem. Sequentes versus ita concipiuntur in excerptis Spartiani, Palatino codice, & prima editione quæ scripti codicis instar habet:

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,

Quod Syrum detulit propago,

Venatus facit, & lepus comesus,

De quo continuum capit leporem.

quos versus Latine scriptos & à Latino poëta, non de Græco versos satis indicat Spartianus, ubi dicit Alexandrum respondisse Græcis versibus, quos & Latinos adducit, sed ex versione, ut apparet. Quibus ex versibus quivis potest cognoscere quo genio vulgares tunc temporis poëtae in pangendis carminibus versarentur. quibus adeo consuetum videtur fuisse syllabarum modulum negligere, ut esset nihil, quod securius contemnerent. & hanc licentiam & usurpationem, quasi jam concessam & de multo usu ignoscibilem, non potuerunt

effugere quin sequerentur in plerisque etiam non publici saporis poëtae. in *as* enim & *es* desinentia vocabula, tam in verbis quam in nominibus, arbitratu suo modo corripere solebant, modo producere. nam ut *vides* hoc loco, & *paras*: sic in Pescennio *gentes*: sic apud Symphosium, *dentes acuti*. quod ibi observavimus, ita *fames*, *lues*, & *majestas*, & *colluces* apud Prudentium, & Aufonium, ultimis syllabis correptis in versu posita, & ejusmodi *ὄρα* *ἰδομένη*. sed in struendis versibus non majorem pedum rationem quam syllabarum habuisse videntur. quod ostendit secundus in his versiculis versus, qui sic habetur scriptus in omnibus libris:

Quod Syrum detulit propago.

nisi si de mendo malit aliquis arguere, quam toti seculo imperitiæ dicam impingere, quo quidem seculo scimus homines vixisse qui & egregii poëtae extiterint, legumque ac totius rationis syllabicae pedariaeque in primis observantes. sed de vulgaribus loquor ac quibusdam etiam supra vulgares. tangit ac defricat hanc inscitiam Lucianus sua tempestate admodum etiam familiarem sub cuiusdam Grammatici nomine, cujus versus eo libentius adducam, ut mendis aliquot quibus scaent liberem, & ostendam qui genius fuerit Græcorum quoque illius temporis poëtarum. versus sunt Elegiaci quos quidam Grammaticus in convivio nuptiali in honorem Sponsi & Sponsæ fecisse inducitur apud eundem quem dixi

dixi

- ¹ *Quem Syrum sua detulit propago,*
² *Venatus facit, & lepus comesus,*
³ *Ex quo continuum capit leporem.*

Hos versus quum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur ¹ Græcis versibus in hanc sententiam:

dixi Lucianum Dialogo, συμπόσιον ἢ
 Λαπίθα: sic igitur sunt collocandi:
 Η' οἴη ποτ' ἀρ' ἤγε Δ' εἰς αἰνέτης ἐν
 μεζάρησι
 Δία Κλειωνίς ἀνασ' ἐτρέφετ' ἐν-
 δουκίως
 Πρύχυστα πιατῶν ἀλλόων παρενι-
 κίων,
 Κρέσων τ' Κυθέρης, ἠδ' αὖ τ' σε-
 λίης.
 Νυμφεῖς κ' σὺ δὲ χαῖρε κροτερῶν
 κέρησε ἐφίτων,
 Κρέσων Νηρηῶν κ' Θέτιδος παι-
 δός.
 Ἄμμις δ' αὖθ' ἑμῖν τέτον Ἰελα-
 μεῖον ὕμνον
 Ζωὸν ἐπ' ἀμφοτέρῃσι πολλαίς
 αἰσθηθεῖα.

Non felicius hic græculus vel graculus poëtafter, quam iste picus Latinus, cujus heic versus habemus in Alexandrum scriptos & ab Spartiano productos. vulgaris hujus ac de trivio poëtices, quæ nullis syllabarum ac temporum legibus tenebatur, multa cum in Græcis, tum in Latinis exempla qui volent, invenire poterant in antiquarum inscriptionum volumine. nam ibi non pauca occurrunt epigrammata Græca Latinaque saxi ac monumentis inscripta, ad eundem plane modum facta, & eundem genium saporemque redolentia, cum his versibus, quos heic produxit Spartianus, atque itidem ut isthæc sunt, metricæ profus observationis expertia.

¹ *Quem Syrum sua detulit propago.*]
 Jam diximus aliter hunc versum legi scriptum in membranis & vetustis

editionibus, nempe hoc modo:

Quod Syrum detulit propago.
 neque ad mensuram, neque ad sententiam satis commode. nam utramque claudicat. apparet tamen vocem sua interjectam ab illis qui versus mederi volebant. aliquod majus vitium lateret, quod sanare non opus est nostræ. nisi si quis fortasse poëta vitium imputandum putet. quod ego facile crediderim. auctor forte scripserat:

Quem de Syria detulit propago.
² *Venatus facit & lepus comesus.*]
 Venatus recte loquentibus est ἵερο-
 venatio autem τὸ ἵερομα. venatum autem heic posuit pro venatione. supra enim dixit Spartianus, leporem quotidie habuisse in convivio Alexandrum, & venationem frequenter.

³ *Ex quo continuum capit leporem.*]
 Prima editio:

Ideoquo continuum capit leporem.
 quam sic lectionem interpolavit ejus editionis auctor ex vetere scriptura omnium librorum quæ erat:

De quo continuum capit leporem.

CASAUBONUS.

⁴ *Græcis versibus in hanc sententiam.*]

Τὴν κέρησε ὅτι τ' αἰνέται μίδοντ'
 Μύθοις, πᾶσι καὶ αἰτίαι αἰσθη-
 αἰσθηθεῖα,
 Καὶ δὲ ἐξ ἑσσι ἀληθές, ἢ μίδοντ'
 Βολοίμω δὲ σε ἐσθίει λαγώς,
 Ὡς ψυχῶν κακίας κεραιότος, αἰσθη-
 Καλός, μηδὲ κεραιότος κεραιότος
 νοίης.

*Pulchrum quod putas esse vestrum regem
Vulgari miserande de fabella:*

*Si verum putas esse, non irascor
Tantum tu comedas velim lepufculos,*

*Ut fias, animi malis repulsis,
Pulcher, ne invidias livore mentis.*

Quum amicos militares habuiffet, ut usum Trajani, 39
quem ille post secundam mensam potandi usque ad quin-

SALMASIUS.

1 Pulchrum quod putas esse vestrum.]
Palatinus, & excerpta Spartiani putat
propterea legunt. sed male, ut equidem
cento. sic autem distinguendi sunt
diversus:

*Pulchrum quod putas esse vestrum regem
Vulgari, miserande, de fabella.*

id est, quod putas esse pulchrum ve-
strum regem, de vulgari fabella,
qua jactatur intra septem dierum
spatium pulcros evadere qui leporem
comederint. nam isthac ratione pul-
cru factum esse Alexandrum vole-
bat auctor horum versiculorum, quod
sepius leporem comedisset, ex vulgari
et communi dicto illo sive fabula.

2 Ut fias animi malis repulsis, Pulcher.]
Pulchris non pulcher habent Palatinus
& excerpta Spartiani. sic igitur legen-
dum erit & distinguendum:

*Ut fias animi malis repulsis.
Palatinus ne invidias livore mentis.*

quorum veruum hic est sensus. Re-
sponder Alexander illi nescio cui, ac
dicit minime quidem se irasci aut ei
succensere eo nomine quod vulga-
rem illam fabulam putaret esse ve-
ram, qua qui leporem comedunt se-
ptem diebus pulcri fieri dicuntur, sed
velle tantum, ut ipse quoque lepus-
culorum usurper esum, quo formo-
sus existeret, non corpore sed animo,
repulsis & repurgatis mentis vitiis,
et livore præcipue, ne posthac cui-
quam pulcro invideret. optat igitur
Alexander, ut ex frequenti usu atque
esu leporum fiat animi malis repul-
sis, ne pulchris invidiat. *repulsis animi*

*malis fieri dicitur hoc loco, qui repulit
à se animi mala: qui liberatus est
mentis vitiis. non absimile genus lo-
quendi notabamus olim apud Flo-
rum: miles strictis ensibus in via fuit. si-
mile item illud Virgilianum:*

— domus sanie dapibusque cruentis.

si cui placebit magis vulgatam lectio-
nem tueri, per me poterit hoc facere.
cujus tamen sensum melius proces-
surum fuisse non dubito si verba illa
abessent, *animi malis repulsis*. nam hoc
modo recta esset sententia: velim
comedas lepufculos, ut fias pulcher,
ac pulchris invidere desinas. quid enim
hæc verba sibi volunt, aut ad quam
rem sunt posita, *malis animi repulsis*?
an qui formosi fiunt, et tique & mali
esse desinunt? nugæ. invidum illum
Alexander heic optat ab animi vitiis
& livore purgatum esse, ne pulchris
invidiat. & quoniam lepus comesus
corporis pulcritudinem conciliare, &
deformitatem depellere credebatur,
non meliorem quidem formam ac
luculentiorum ex leporum comestio-
ne invidio illi contingere optat, sed
animi potius pravitatis, ac faditatis,
si fieri posset, emendationem, ut vi-
tiis & malis mentis liber invidere
pulchris posthac abstineret. minus de
hujus loci sententia dubitarem, si
Græca, unde ista versa sunt, minime
desiderarentur.

CASAUBONUS.

3 Potandi usque ad pocula instituerat.]
Volui editum, usque ad quinque pocula:
nam ita constanter omnes membra-
næ nostræ. ita igitur emendandum.

quinque pocula instituerat, reservaret, unum tantum poculum amicis exhibebat, in honorem Alexandri Magni: id autem brevius, nisi si quis, quod licebat, majus habere postulasset. Usus Veneris in eo moderatus fuit, exoletorum ita expers ut (quemadmodum supra diximus) legem de his auferendis ferre voluerit. ⁴ Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii qui privatas custodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit quæ forte non habebant. Nam hodieque multa dicuntur A-

lexan-

GRVTERVS.

³ Potandi usque ad quinque pocula.] Sic etiam ambo Pall. hæcenus publicis defuerat poculorum numerus, qui tamen inventus etiam in aliorum membranis.

CASAUBONUS.

¹ In honorem Alexandri Magni.] More Græcico: qui honori deorum & regum ac principum pocula consecrabant, & bibebant.

² Id autem brevius.] Breve pro parvum sæpe apud Latinos recentiores.

⁴ Horrea in omnibus regionibus publica fecit.] Erant jam olim in Urbe publica horrea, ut Sulpicia, & quas vocat Dio in Commodo *ἀποθήκας τῆς αἰγυπτίαν καὶ τῆς ἀρραβίαν φαρτίων*: erant & alia: sed in singulis Urbis regionibus certa horrea instituit Alexander: sitque horum mentio in singularum regionum Urbis descriptione à Sexto Aurelio Victore. præficiantur his curatores: qui in antiquis inscriptionibus sæpe nominantur. Sed de horreis & horreariis vide in Pandectis; ubi eorum creberima mentio.

SALMASIVS.

² Id autem brevius.] Pal. id as brevius. lege: idque brevius.

³ Nisi si quis quod licebat, majus habere postulasset.] Verus editio: majus habere postulasset. sed prætulit scripturam Palatini Codicis & excerptorum

Spartiani, in quibus habetur: *nisi quis, quod licebat, majus libere postulasset.*

⁴ Horrea in omnibus regionibus publica fecit ad quæ conferrent bona.] Horrea ista publica in singulis urbis regionibus, ad quæ bona conferrent qui privatas custodias non habebant, primum instituisse Alexandrum vult Lampridius. vera tamen illum dicere pro certo haberi nolim. nam constat sub Antonino horrea ejusmodi publica Romæ fuisse in quibus homines pretiosissima sua quaque reponerent. Paulus de officio præfecti vigilarum fracturæ sunt plerumque in insulis, horis que, ubi homines pretiosissimam pecuniarum suarum reponant, cum cella effringitur, vel armarium vel arca, & custodes plerumque puniuntur: & Dico. Antoninus Ergenio Claro rescripsit. aut enim posse cum horreis effractis questionem haberi de servis custodibus, licet in illis ipsius imperatoris portio esset. non jam igitur prius Alexander horrea illa publica instituit, & fides Lampridio hæc in remine habenda est. in ejusmodi horreis argentarii instrumenta reposita habebant. leg. vi. D. de edendo: *si quis ex argentariis, ut plerique eorum, in villa habeat instrumentum vel in horreo, aut ad locum se perducet, aut descriptas rationes dabit.*

GRVTERVS.

³ Nisi si quis, quod licebat, habere postulasset.] Pal. uterque majus habere post. quod nescio an præfret, vel adeo mutandum veniat in *bibere*.

174

alexandri. Fecit & domos pulcherrimas, easdemque amicis suis maxime integris viris donavit. Vectigalia publica in id contraxit, ut qui x. aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem auri præstarent, hoc est tricesimam partem. ² Tuncque primum semis-

CASAUBONUS.

1 Tertiam partem auri præstarent.] Nemo est quin videat, scribendum esse auri, & præcedentia & sequentia probant manifesto. nec aliter scripi libri.

2 Tuncque primum semisses aureorum formati sunt.] Tunc nempe cum institutum ab Alexandro, ut pro denis aureis penderentur semisses aurei. ita accipiendum: atque ex hoc loco patet colligere vectigalis non modum solum lege fuisse definitum; sed etiam certum pecuniæ genus præstationi vectigalis destinatum. Hoc vult Hesychius cum scribit:

Κισσοειδὸς νομισματῶν ἐπινοήσας. vult enim censum appellari summi genus aliquod, in capitationis tributo pendi solitum. Matthæus evangelista appellat τὸ νόμισμα τῶν αὐτῶν, capite xxii. Aureorum porro semisses ἀξιόπαις quidem, sed servata tamen analogia dicti sunt. at tremissium appellatio ineptè ficta contra analogiam ad similitudinem nominis semissis. horum frequens usus & apud auctores crebra mentio post Alexandrum Severum. sed videntur tremisses isti ab aliis trientes fuisse nominati. nam trientem aureorum meminit in Claudio Trebellius Pollio.

GRUTERUS.

1 Tertiam partem auri.] Male vulgo auri. alterum visitur etiam in nostris membranis, ut & mox infra: ad tertiam auri partem: ubi male iterum exemplaria impressa auri.

SALMASIUS.

2 Tuncque primum semisses aureorum formati sunt, tunc etiam quum ad tertiam

partem auri vectigal decidisset tremisses.]

Hæc valde confusa perturbataque sunt. omnino heic aliquid, si quidem recte judico, vel deest, vel superest. dicit Lampridius Alexandrum vectigalia publica in id contraxisse ut provinciales qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam tantum aurei partem præstarent: tuncque, inquit, primum semisses aureorum formati sunt. sed non video quamobrem formari semisses oportuerit, cum vectigal ad tertiam aurei contraxisset Alexander. quod rationem haberet, si ad dimidiam aurei partem vectigalia contracta fuissent ab Alexandro. nam ad commoditatem solutionis recte formandos aureorum semisses utique curasset. qui enim dimidiam aurei partem penderet, dato semisse liberatus esset. sed cum heic vectigalia dicatur ad trientem aurei redegisse, quid opus ad hanc rem semissibus aureorum? qui tertiam tantum aurei partem debebat, non poterat ab eo seais exigere. tremisses igitur vel trientes aureorum formatos tantum fuisse sub Alexandro verisimile est, cum vectigal ab eo ad tertiam aurei partem esset redactum. cum enim in auro vectigalium pensitationes exigentur, contractis vectigalibus ad trientem aurei, quomodo quis potuisset illum trientem pendere, si nullus ea forma nummus aureus fuisset cusus? tremisses igitur aureorum propterea formari iussit Alexander, ut vectigalium solvendorum expedita esset ac facilis ratio. at semisses heic locum habere non possunt, cum nusquam dixerit vectigalia ad aurei semissem fuisse recisa. Ergo sic mihi videtur locus hic constituendus reserctis illis

illis quæ temere inculcaverat impeditia correctorum: *Vestigalia publica in id contraxit ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est tricesimam partem. tunc quo primum tremisses aureorum formati sunt, quum ad tertiam partem aurei vestigial defecisset, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non possit. hanc verissimam esse conjecturam mihi penitus persuadeo, quam & egregie confirmant sequentia hoc modo: quos quidem quartarios jam formatos in moneta detinuit, expectans, ut si vestigial contrahere potuisset, & eosdem ederet: sed quum non potuisset per publicas necessitates, consulari eos iussit, & tremisses tantum solidosque formari. tremissium hæc & solidorum tantum meminit. ubi vero semisses? adulterini hi certe, & nusquam in moneta Cæsaris cusi. ex correctorum igitur, & interpolatorum officina prodierunt. sciolus aliquis cum tremisses hæc legeret, novitate vocabuli offensus ad oram forte codicis sui reposuerat semisses. quod alius postea ex libri margine in textum induxit, & utrumque admisit, semissesque tremissibus miscuit: hoc est, falsam monetam probæ. & ad hanc faciem, qua nunc legitur in vulgatis locum interpolavit. Qui decem igitur aureos vestigialis nomine præstabant sub Heliogabalo, tremissem tantum aurei sub Alexandro solvebant, hoc est tricesimam partem ejus quod pensitabant sub Heliogabali imperio. proposuerat autem Alexander, & vestigial in id contrahere, ut quadragesimam tantum penderent, & ob eam rem quartarios formari curaverat. sed cum id minime paterentur reip. necessitates, eos consulari iussit. Tremissium autem pro tremisse dixerunt recentiores. Anastasius in vitis Pontificum; in Celestino: possessionem Scaurianam in territorio Gaditano præstantem omnia inibi cum adjacentibus ad viginti solidos 312. & trimissium. idem paulo post: possessionem ceteris in territorio Asilano præstantem solidos centum & undecim & trimissium. idem in Sylvestro: domum in regione Rossæ intra*

urbem quæ præstat solidos LVIII. & trimissium. & alibi passim apud eundem. semissium vero nusquam mentionem facit, in commemorandis relictibus, massarum, possessionum, villarum, domorum, sed solidorum & tremissiorum tantum. tremissios aureos vel tremissios dixit more Græcorum recentis avi. nam ut illustis, non est ἰδρυσι; perennis, πρηνι; vocalis, βογγιλι; sic tremissios, πρηνιλι; in legibus Longobardorum, Visigothorum, & aliorum, mentio sæpe fit solidorum & tremissium, at semissium nunquam. in legibus tamen Burgundionum etiam aliquot locis semisses memorantur. sed semissium aureorum formam nunquam in moneta Romana fuisse publicatam arbitror. Ildorus tremissium & solidorum meminit aureorum, nusquam semissium: trium aureorum, qui iidem sunt cum tremissibus mentio reperitur apud Trebellium in Claudio duobus, nisi fallor, aut tribus locis, ubi aurei solidi cum trientibus nominantur, nulla vero ibi semissium mentio est. in fine Claudiæ vitæ: Aureos Valerianos CL. trientes Saloninianos CCC. meminisset enim, ut opinor, & semissium aureorum, si tunc eorum forma in usu publico fuisset, sed hæc alibi fufius tractabuntur in commentario de re nummaria ad vetus Imperii Rationale.

Ibid. Tuncque primum tremisses formati sunt. Formati ob id tremisses, quod tertiam tantum partem auti penderent, vestigialis nomine sub Alexandro, qui decem aureos sub Heliogabalo exigebantur. voluit & quartarios facere Alexander, si ad quartam aurei partem vestigialia contrahere per publicas necessitates potuisset. ex hoc loco constare auctoritatis viri, non solum lege definitum fuisse vestigialium modum, sed etiam certum pecuniæ genus eorum præstationi pensitationique fuisse destinatum. hoc quid sit plane nescio: nec puto hoc voluisse Helychium scribit: χρὸς εἰς τοῦτο

ἐπικεφάλαιον, nec enim vult, ut perperam vir doctissimus existimaret, censum appellari nummi genus aliquod in capitulari tributo pendendi solitum. nullum enim unquam genus hoc nomine est appellatum, non dubium tamen est, quin omnis pecunia, quæ pro tributo ac censu penditur, qualiscunque illa sit, sive aurea sive argentea, census possit appellare. Marcus cap. xii. tributum capitulare quod Judæi pendebant κηνσὶς appellat: ἔξῃσι κήσον Καίσαρος ἐστὶν ὁ νόμισμα; Matthæus τὸ νόμισμα ἐστὶν ὁ νόμος appellat, denarium vultu Cæsaris figuratum, qui pro tributo ac censu inferebatur. quis credat denarium illum censum fuisse vocatum? sic sane duos census solvissent Judæi, nam duos denarios vel duas drachmas solvebant. denarium autem κηνσὶς κηνσὶς vocat, quod illo genere nummi capitacionis exactio celebraretur. at Hesy chius & Suidas κηνσὶς, νόμισμα sunt interpretati, vel κηνσὶς ἐστὶν νόμισμα, certe omnis pecunia quæ publicis rationibus infertur ac tributi vel census nomine consistat, potest ita vocari. nam νόμισμα etiam vocarunt, non certum nummi genus, sed nummum quemlibet, qui in functionibus publicis solveretur. Glossa: τὸ νόμισμα κηνσὶς, collybium. τέλοςμα igitur generali vocabulo, pro pecunia vel nummo posuit. nam minutus nummus, collybus dicebatur, pro quo τέλοςμα κηνσὶς auctor illius glossarii dixit. τέλοςμα autem & κηνσὶς idem. κηνσὶς ἄξῃς ἵ scribi debere observat idem Hesy chius cum τέλοςμα vel τέλοςμα significaret. κηνσὶς, inquit, βοτάνη τις. ἃ δὲ τέλος κηνσὶς ἄξῃς ἵ. κηνσὶς etiam eum scripsisse, non κηνσὶς, ubi νόμισμα κηνσὶς, & ἐπικεφάλαιον esse dixit, apparet ex serie litterarum. perperam autem legunt apud Hesy chius: ἐστὶν νόμισμα ἐπικεφάλαιον, cum vulgo legatur, ac legi debeat;

ἐστὶν νόμισμα ἐπικεφάλαιον. nam ἐπικεφάλαιον est tributum capitulare vel τέλος. Glossa: tributum capitulare, ἐπικεφάλαιον, τέλος. censum igitur Hesy chius, τέλος & ἐπικεφάλαιον exponit, & ἐστὶν νόμισμα. sic etiam Suidas: κηνσὶς, νόμισμα, ἐτήσιον τέλος. ita enim ut dixi vocarunt, non certum pecuniæ genus, sed omnem quæ tributi nomine solveretur. sic assem publicum pro tributo passim dixerunt, quod assibus id est solidis exactio tributi celebraretur. Cassiodorus lib. xii. quapropter ne lædat urbem avaritias sua, aut res præconii fiat res dissipandi, paraveredorum & annonarum præbitionem secundum electiones concessas in assem publicum constituimus impulari. Cod. Theod. de indul. deb. præter censuales functiones Campania, quam & vetustatis gravior onerat adscriptio, & post hostium vastavit incursum, per æquatis territoris novam partem tanquam modo præteritis assis publicarum toleret functionum. ubi assis, & tributum vel census idem. assem tributarium vocat Cassiodorus lib. xii. ut trina illatione servata assena tributarium devotus possessor exolvat. assem tributarium pro censu posuit. & lib. iv. assem publicum: atque adeo illis magnificencia tua provincialibus Alpium Cottiarum assen publicum per tertiam indictionem nos relaxasse cognoscat. quibus omnibus locis assis publicus pro tributo vel censu publico dicitur quidem, sed pro solido aureo accipiendus. nam canonicos solidos, & asses canonicos dicebant de tributo. Cassiodorus lib. ii. superbia deinde conductorum canonicos solidos non ordine traditos, sed sub iniquo pondere imminentibus fuisse projectos. sic tresis, quæ vox significat tres asses, pro tribus aureis ponitur in Novella LVIII. & dupondius, qui duos asses valebat, pro duobus aureis accipitur in veteri glossario: dupondius, διὰ πλῆθους χρευσισ. assis igitur ἀπλῆθους χρευσισ & unus aureus. assis totum significabat, & solidum, unde ex asse, & ex

solido idem erat. Glossæ: ex asse, ἐξ ὀλοκλήρης. hinc solidus & assis idem. nam recentiores solidum dixerunt pro aureo nummo. solidus aureus, & assis aureus idem. ratio autem quamobrem assis pro aureo cepit appellari hæc est, quod assis, & aurei idem plane pondus esset. nam assis aureus, duas drachmas pendebat. duarum item drachmarum pondus inerat in aureo nummo. sic cum pondere pares essent; inde factum, ut assis etiam pro aureo usurparetur. assisem veteres etiam πῶν μισθῶν vocarunt. hinc apud calculones adjecto asse, idem erat quod adjecta unitate. Hyginus de lateribus Polygonorum: *omnis trigonus ductus octies accepto asse facit quadratum*, id est octies accepta unitate. Vitruvius lib. III. *cum ad supputationem crescat supra sex adjecto asse, ἑφενέον*. adjecto asse, id est adjecta unitate. quem locum non intellexerunt viri docti. cum igitur assis & aureus idem esset, & apud recentiores aureus sex millibus nummorum computaretur, μισθῶν quoque id est assisem, calculones pro sex millium numero usurpasse constat ex Chrysofomo, & Anastasio Sinaita. quod heic strictim tantum attingere satis est. nam alibi hæc pluribus explicamus, in quibus nihil plane viderunt eruditissimi hujus ætatis viri. assis igitur & solidus idem. & hoc erat quod heic probare institueramus. Ceterum quod ad certum nummi genus attingit, præstationi tributorum destinatum, ut voluit vir summus, haud scio quo pacto possit fidem mereri. nec enim quæ de tremissibus ab Alexandro primum figuratis dicuntur hoc loco, ei sententiæ stabilendæ quicquam facere arbitror. nam cui probari potest omnium sub Alexandro vectigalium hunc unum & ita certum statutumque fuisse modum, ut omnes omnino fiscalium onerum debitores ex æquo tremisses fisco pensarint? scio quid vectigalia differant à tributis, publica tamen heic vectigalia pro tributis accepisse Lam-

pridium sum certus. quis igitur credet omnes possessores unum eodemque modum collationis agnovisse, aut omnibus possessionibus eandem & æqualem oneris menuram fuisse impostam? scæni sterilesque agri minime eodem tributo onusti fuere, quo fertiles & optimi. quod igitur heic de vectigalium contractione ad tricesimam partem, & tremissium figuratone dicitur ab Alexandro facta, non eo pertinet, ut omnes qui vectigal pendebant sub Heliogabalo, decem aureos præstiterint, non sane magis quam solos tremisses, postquam vectigalia contracta ad eum modum Severus Alexander, ut qui decem aureos Heliogabali temporibus solvissent, tertiam tantum aurei partem solverent. sed in his servatam fuisse proportionem intelligendum est. nam qui unum tantum præstabant sub Heliogabalo, contractis ad tricesimam vectigalibus ab Alexandro, hi non tertiam partem aurei, sed tricesimam tantum præstiterunt. sciendum vero est in tributis & capitatioibus indicendis non argenti, non æris factam fuisse mentionem, sed aureorum tantum, & aurei partium. ita & exactiones celebrabantur. sic enim notatum est in libellis & brevibus exactionum, possessorem illum, exempli gratia, debere solidi partem quadragesimam octavam, aut vigesimam quartam, aut vigesimam quartam & quadragesimam octavam, aut decimam octavam, aut octavam, aut octavam & quadragesimam octavam, aut vigesimam quartam, aut sextam, aut quartam, aut tertiam, aut tertiam & duodecimam, aut dimidiam, aut dimidiam cum duodecima, aut dimidiam cum sexta, aut dimidiam cum quarta, aut dimidiam cum tertia, aut dimidiam cum tertia simul & duodecima, aut dimidiam & tertiam cum sexta, hoc est aureum solidum, deinde aureum cum quadragesima octava aurei parte, & ita semper ascendendo per partes

ses aureorum formati sunt : tuuc etiam, 'quum ad

ter-

tes jam prædictas usque ad duos aureos, atque ita etiam usque ad tres, quatuor, & usque in infinitum. hæc autem erat aurei partium distributio sub Justiniano, cum septuaginta duo in libram caderentur, & duodecim miliarenfes argentei uno aureo solido computarentur. verum alia divisio fuit sub Alexandro, cujus arate quadraginta tantum & octo aurei in libra feriebantur, ut alibi pluribus explicabimus. qui aliquam autem ex illis aurei partibus solvendam habebat pro tributo possessor, sciebat quid pro illa deberet in argento solvere, vel etiam in are, si tam minuta esset, ut argento explicari nequirit: exempli gratia, qui aureum, & aurei quadragesimam octavam sub Justiniano debebat, is aureum unum & sex folles pendebat, & ita de cæteris. sed alia fuit ratio sub Alexandro, ut alibi pluribus aperiemus. cum igitur Alexander præstationes x. aureorum, quas sub Heliogabali imperio multi agnoscebant, ad tertiam aurei partem redegit, ut facilitati ac commoditati solutionis consulere, tremisses cudi iussit, vel trientes aureorum. nec enim aliter facile aut commode poterat hæc solutio expediri, nam cum aureus tunc viginti quinque minutis argenteis æstimaretur, tertia pars aurei vix ac ne vix quidem in argenteis ad justam & exactam rationem poterat inveniri. nam octo argentei cum triente tertiam aurei partem efficiebant. qui numerus nec purus erat nec rotundus, nec solo argento constabat, cum triens ille argentei in are esset exsolvendus: sed neque sic solutio recte processisset. nam per aureorum quamvis minutissimorum rationem, non juste possis efficere tertiam argentei denarii partem, sive per sestertios id facere tentes, seu per asses, sive etiam per quadrantes. hinc ergo apparet quare tremisses cudendos curaverit Alexander, qui & quartarios vo-

luit, siquidem potuisset, vectigalia ad quartam aurei partem contrahere, ut ad tertiam jam reducerat. idque ob eandem præstationis facilitatem & expeditam solvendi rationem. nam quarta pars aurei nihilo magis rotunde pureque poterat per argenteos denarios explicari quam tertia. sex quippe denarii cum quadrante, partem aurei quartam in argento efficiebant. at Justiniani tempore utraque illa pars aurei, quarta, inquam, & tertia facile & expedite per nummos argenteos, quales tunc erant in usu, exsolvebatur. nam tres miliarenfes vel argentei denarii, quartam aurei partem efficiebant, ut quattuor tertiam. fallitur autem si quis putat omnes præstationes sub Heliogabalo decem aureorum fuisse. nam & fœdere duorum aureorum, & trium, & unius aurei, easque omnes proportionem servata, ad trigessimam partem redegit Alexander. communiores autem ac frequentiores illæ fuisse videntur eorum qui decem aureos præstarent, quibus ad aurei tertiam partem contractis, id est tricesimam, pro commodo solutionis tremisses aureorum cudi iussit Alexander. fallitur etiam si quis propterea existimet cum longe doctissimo viro, certum nammi genus præstationi vectigalium fuisse constitutum, aut etiam potuisse constitui: atque id ex hoc loco, & exemplo Alexandri probare posse confidat. nam ad solam præstationis facilitatem tremisses excogitavit Alexander, propter illos qui modum hunc conlationis agnoscerent. nec enim omnibus idem modus impositus.

x Quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset.] Lege ex Pal. & veteri editione: quum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset. vectigal autem & tributum distinguunt auctores, & præcipue Jurisconsulti. & tributa quidem erant quæ conferebantur à provin-

tertiam partem auri vectigal decidisset, tremiffes, dicente Alexandro etiam ' quartarios futuros, quod mi-

vincialibus, id est à prædiorum possessoribus, pro modo agrorum quos possidebant & colebant. ac fuere duplicia capitis & soli. hoc ignorat nemo. vectigal vero esse portorium, & id quod pro mercibus quæ importantur & exportantur, solvitur, τὸ εἰσρογισιὸν καὶ ἐξαρογισιὸν. sic Græci Φόρογν. & τὸ εἰσρογισιὸν distinguunt. diversa etiam faciunt auctores isti tributa & vectigalia. Spartianus in Marco: *vectigalia vel tributa ubi necessitas erat remisit. nam vel ibi positum pro* & . in Antonino Pio: *rationes omnium provinciarum apprimis scrivit & vectigalium. nam per rationes provinciarum, tributa intelligi eo loci certum est. putabam tamen vectigalium nomine Lampridium etiam tributa hoc loco intellexisse. nam Festus scribit, vectigal as dici, quod ob tributum & stipendium, & extraordinarium populo debetur. sed si de tributis etiam hunc locum accipiamus, siue de vectigalibus tantum, ut proprie appellantur, minime putandum est unius modo generis vectigal ad tricessimam partem redactum ab Alexandro fuisse, aut illud duntaxat contractum ad tertiam aurei partem, cujus præstatio sub Heliogabalo decem aureorum fuerit, sed omnia vectigalia secundum eam proportionem & deminutionis rationem ab eodem esse recisa. at enim vero incertum est quod genus mercium aut hominum decem aureos sub Heliogabalo vectigalis nomine præstiterit, quorum præstatione ad tertiam aurei partem contracta necesse habuerit Alexander ad maiorem solutionis facilitatem & commoditatem trientes aureorum cuedendos curare. non alienum à veritate est, vectigalia dixisse Spartianum pro tributis capitis. deni igitur aurei pro singulis capitibus, tributi nomine quum flagitarentur sub Alagabalo, ad trigessimam partem, hoc est au-*

rei tertiam hoc tributum redegit ac reduxit Alexander, ideoque tremiffes aureorum formati iussit. Sic Julianum memorat Ammianus tributum capitis in Gallis, quod in vicenos quinos aureos ante ipsam pendebatur, ad septenos aureos recidisse. verba Ammiani lib. xvi. *ad altimum exceptis vicenis per quas cadentes septuacolumi contumacia barbaros fudit, quos profuerit anhelantibus extrema penuria Gallias, hinc maxime claret: quod primitus vicenas eas ingressus, pro capitibus singulis vicenis nomine vicenos quinos aureos, exceptis quartariis, discedens vero septenos tantum unice, sa complentes, ob qua tanquam salum sibi severum, post squallentes tenebris fulsisse cum atrocitate, & tripulsi latabantur. sed de his plura ad Rationale vetus imperii.*

I *Quartarios.*] Aurei quartarii, qui quartam aurei solidi partem appenderent. sic & *tertarios* potuissent dicere quos tremiffes vocare maluerunt. τριάρτηρος Græci dixissent. Tradit Zonaras Nicephorum Phocam cupiditate & avaritia impulsam, cum prius aureus nummus sextam unciæ auri partem penderet, τριάρτηρος formati iussisse, pondere longe leviore: & exactiones quidem graviores illo & iusti ponderis solido celebrari voluisse, impensas vero & largitiones, isto quartario tunc primum ab se invento & edito. idem tradit Cedrenus: ἡλάρησεν ἡ καὶ τὸ μισρογισιὸν τὸ λεγομένον τριάρτηρος ἐπιπέρας. τριάρτηρος ad verbum est quartarius, nam τριάρτηρος Græcis est quarta pars & quadrans. τριάρησεν siquidem dixerunt, quos Latini quadrantes. Hecov ἀρχὴ γὰρ τὸ χρυσὸν πάλαιον ἀρχαίς δυο, χρυσάσθαι τ, τριάρησεν ἀλαδὴ ποσάρησι, ubi τριάρησι ποσάρησι, sunt quadrantes quattuor. tot enim pendebat daricus vel aureus nummus. τριάρησεν est quadrans vel quat.

nus non posset. Quos quidem jam formatos in mone-
ta detinuit, expectans ut si vectigal contrahere potuif-
set, & eosdem ederet. Sed quum non potuisset per
publicas necessitates, conflare eos iussit, & tremisses
tantum solidosque formari. 1 Formas binarias, ternar-

rias

quarta pars assis. quattuor quadran-
tes assem efficiunt: assis autem pen-
debat duas drachmas, vel sex drach-
mas, vel sex scriptula. idem quoque
pendebat aureus nummus. sic dari-
cus assem pendebat, vel quod idem
est quattuor quadrantes. sed hæc ali-
bi. περτηρῶν igitur est quartarius.
sed doctus Jurisconsultus quartarium
illum Nicephori ita interpretatur, ut
velit περτηρῶν paris ejusdemque
ponderis signatum tunc fuisse, cum
aureo antiquo qui sextam uncia par-
tem appendebat, sed pretii majoris,
sic ut ille quartarius idem plane pon-
dus habens quod vetus solidus, plus
tamen valeret, atque ita acciperetur
quasi quattuor tantum in uncia ines-
sent. vult igitur Nicephorum non
pondus solidi diminuisse, sed eodem
pondere retento, pretium auxisse.
hæc interpretatio nominis περτη-
ρῶν plane futilis est, & nugatoria, ac
verbis Zonara Cedrenique repugnat,
qui disertim scribunt eum pondus
imminuisse solidi. quid illis Zonara
verbis clarius? μέχρι γὰρ οὐκείνῃς παν-
τὸς νομισματικῆς ἐξαγίας τῶν ἑλκῶν
τῶν οὐκείνῃς τὸ περτηρῶν ἐπενόησε,
καθὼς αὐτὸ κτ' ἔταθ' ἔργον. quid
item illis Cedreni apertius? ἡλατῆραι
τῶν νομισμάτων τὸ λεγόμενον περτη-
ρῶν ἐπιποίηται. περτηρῶν igitur ac-
cipimus, non qui quartam uncia
partem appenderet, nam sic major &
ponderosior fuisset vetere solido, qui
sextam tantum uncia partem pensa-
bat, at leviolem multo minoremque
cufam à Nicephoro tradunt illi au-
ctores, sed qui quartam aurei solidi
partem haberet in pondere. sic erit
nosfer omnino quartarius, quem fe-
ciendum curare in animo habuit Se-

verus. minime tamen, ut ingenue
fatear quod sentiam, persuadere mihi
possum, in tantum fuisse solidi pon-
dus mutilatum sub Nicephoro ut ad
quartam ejus duntaxat partem pon-
deris, quod olim habuisset, contra-
heretur, sed περτηρῶν ab eo voca-
tum arbitror, quod ei quarta pars ab-
esset legitimi ponderis. sic quarta
tantum sui parte veteris solidi pon-
dus imminuit ille Phocas, & ex eo
περτηρῶν nominavit, de quo nos
alibi pluribus.

CASaubonus.

1 Tremisses tantum solidosque formari.]
Non ergo formati semisses? atqui
hoc paullo ante Lampridius dicebat.
sed videntur desuisse formari semif-
ses, posteaquam tremisses sunt facti.
hoc nisi est, omnino scribendum hoc
loco: & semisses & tremisses tantum f.
Aureum integrum, cujus erant partes
semisses & tremisses, dixerunt So-
LIDVM. in libris juris solidus & au-
reus idem semper sunt.

2 Formas binarias.] Nummos binis
aureis valentes, vocat formas binar-
rias: ternarias, quæ ternis: & ita in
cæteris. Forma statuariorum artis ver-
bum est. ut apud Isidorum libro xvi.
capite xvi. In notitiam autem form. nuntia
metalla ita venerunt.

SALMASIUS.

2 Formas binarias, ternarias.] Formæ
hoc loco sunt τύποι aut τυπωτήρια,
vel τὰ δροχέτυπα σφραγιστήρια. βυλ-
λωτήριον etiam recentiores Græci di-
xere. Glossæ: μονήτι, βυλλωτήριον,
ἢ τὸ δροχέτυπον σφραγιστήριον, μεθ'
ὧν ὁ τ' νομισματικῶν τύπων ἀξιο-
τάτηται. alia Glossæ: μονήτι, τὸ τυ-
πώριον νομισματικῶν. forma etiam
num-

nummi est *χαρκτης*, Latinis etiam *figura*. unde & formari nummi & figurari dicuntur. supra: *nummos electri- nos & aureos vultu Alexandri magni figuravit*. sic Græci *χαρκτην νόμισμα* dicunt. unde & *ῥαχμακταί* falsa moneta cufores, & *ῥαχμα- ρεξιμὸν νόμισμα*, adulterina moneta. hinc & formam denarii, ἀπὲρ *ἡ* χαρακτήρῳ, vel ipso denario dixit Cato in distichis, & *formæ denariorum* Isidoro sunt ipsi denarii. idem Isidorus: *hanc formam ex Chaldaeis Abraham adduxit*. hanc formam, τῆς νόμισμα, nam νόμισμα etiam dicunt Græci, quam Latini formam. unde & *νομίζεν δραχμῶν*, formare drachmam. Philostratus: *δραχμῶν εἰς Τιβέριον νομισμαρῶν*, hoc est drachmam Tiberii vultu figuratam. Pollux: *ἡ δὲ κτὸς τῆς Συρακυσίας νομισμα κτὸς ἀπὲρ δραχμῶν*. ubi νομισμα pro ἐπιπέδῳ vel signare. sic *nomisma* posuit pro forma vel caractere Prudentius:

En Caesar agnoscit suum

Nomisma nummis inditum.

ἢ *ἑαυτῆς χαρακτήρα, τὴν εἰκόνα*. sed magis est, formas heic appellari nummos ipsos aureos tali forma percussos, qui binis aureis & quaternis valerent binarius & ternarius igitur aureus nummus, qui binos, & ternos aureos simplices pendebar. sic *quinarii* olim, & *denarii*, qui quinos asses, & denos pendebar. sic *quaternarii* sestertii dicti sunt, postquam quaternis assibus valere cœperunt. Innocentius agrimensor: *habet decus & plurimum & quaternarios & calcem*. ubi *quaternarii* sunt sestertii, quod quattuor assibus valerent. *τετράκιον ἀργύριον* Græci appell. nt. idem intellexit Martialis cum dixit:

Amphora vice sibi, modius datur ære quaterno.

æ quaternum pro quaternario vel sestertio posuit. ita igitur quaternarius aureus esset quaternorum aureorum vulgariū pretio ac pondere. ut quaternarius aureus, quattuor assium.

assis & aureus idem pondus habebant, ut alibi observavimus. ut *denarium* Græci *δενάρια*. sic *denarium aureum*, qualem invenimus *Hellogabalus*, qui denos aureos penderet, Græci *δενάρια* vocabant. ita *binarium aureum* vel *dupondium*, *δύναριον* vel *δύναριον* iidem appellarunt. at *binarium aureum* *δύναριον* appellassent. biniones etiam dici poterant isti binarii. Glossæ: *binarios, δύναιμα*. sic *pentanummos* hoc est *πεντακτακτα*, *quinarios* vocarunt, qui & *quiniones* etiam appellari poterat, *dupliones* quoque recte vocarentur isti binarii. ut Græci *διπλονοί*, sunt *διπλονοί*. Glossæ: *dupliones, διπλονοί χρυσίου*. hoc est *binarius*. Glossæ: *dupliones, διπλονοί*. sic hodie *dupliones* vocamus aureos binarios, & *quadruplos*, quos *quaternarios* Latini vocabant, quorum formæ *quaternaria* heic vocantur. sic *binarii*, *ternarii*, *quaternarii*, & *denarii* aurei, sunt *δύναριον*, *τρίημιον*, *τετράκιον*, & *δενάρια*. Græci veteres dixissent, *διστάκτα*, *τρίημιον*, *τετράκιον*, & *δενάρια*. nam & apud *Cyrenæos* in usu fuere *τετράκιον νόμισμα*, qua quattuor aureos lateres penderent. Latinis etiam vocari potuerat, *biniones*, *terniones*, *quaterniones*, & *deniones*. sic & *centeniones*, qui *centenarii*. inde *centenionalis* nummus in *Cod. Theod.* sed de his alibi pluribus.

Formas binarias. Nummos binis aureis valentes vocari formas *binarias* hoc loco notatunt doctissimi *Virg. mallebam* heic formas esse *πεντακτακτα* vel *σημακτακτα*, quibus nummi tali forma signarentur, *binarii* scilicet, & *quaternarii* & similes. sequitur tamen: *cas res sibi præcipit, nec in usu cuiusquam versari*. manifesto formæ pro nummis ipsis dixit. sic in *Ugentia Tyrannis*: *cas sunt ejus nummi aurei, aurei, & argentei, quorum hodie forma extat apud Treveros*. id est qui etiam hodie extant, vel quales hodie videntur apud *Treveros*.

rias & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius usque ad bilibres quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cuiusquam versari: atque ex eo his materiæ nomen inditum

1 *Usque ad bilibres quoque.*] Verus editio: usque ad libras quoque. legendum: usque ad librarias quoque. libraria formæ sunt, aurei librarii, qui quadraginta & octo aureis valent eorum, qui in usu tunc versabantur, vel quinquaginta, ut paulo post docuimus.

CASAUBONUS.

2 *Ex centenariis.*] Fuit tamen postea in usu nummus quidam grandior, quem *centenariam* appellarunt, sive *majorinam pecuniam*. meminere hujus imp. in Codice Theod. lege sexta, De falsa moneta: & lege prima, Si quis pecuniam conflaverit, &c. sed hic nummus ex ære & argento confiebat. Etsi autem centenariæ auri formæ sublatae sunt; obtinuit tamen postea auri centenariorum appellatio. nam centenas auri libras centenarium vocarunt. atque horum centenariorum crebra mentio apud Græcos Latinosque scriptores recentiores.

4 *Atque ex eo his materiæ nomen inditum est.*] Suspecta nobis hæc omnia: & nisi fallor, penitus inducenda.

GRUTERUS.

4 *Atque ex his materiæ nomen inditum est.*] Sic quoque Palat. quæ quid sibi velint, neque ego scio.

SALMASIUS.

3 *Neque in usu cuiusquam versari.*] In *conversatione publica tractari*, Cod. Th. de falsa moneta.

4 *Atque ex eo his materiæ nomen inditum est.*] Hæc pro suspectis habent viri docti, atque aperte quidem mendosa sunt, sed minimo negotio possunt emendari. sic igitur legimus: *formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atque amplius usque ad bili-*

bres quoque & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cuiusquam versari, atque ex his materiæ nomen inditum est. formas illas omnes superius nominatas, & ab Heliogabalo inventas resolvi præcepit Alexander, atque ex his formis materiæ nomen inditum est. Exempli gratia, loco centenariorum formarum quas invenerat Heliogabalus & quæ in usu versabantur, postquam jussu Alexandri resolutæ sunt, nomen ipsum remansit, quod materiæ impositum est. nam centenarium pro centum libris dici coeptum est: cum tamen minime reperiretur nominata centenaria forma cussa, formas centenarias invenerat Heliogabalus, quibus centenarii cuderentur, aurei nummi, qui centum aureorum vulgarium pondus haberent & pretium. resolvi præcepit hujusmodi formas Alexander, atque inde nomen materiæ impositum. nulli nunc quidem centenarii nummi aut centenariæ formæ. nomen centenarii tamen in usu remansit, & usurpari coeptum est de quacumque materia, centum libras pendente. ex formis igitur centenariis ab Heliogabalo inventis nomen inditum est materiæ, ut centenarium dicatur, quidquid centum librarum ponderis sit. centenarium de centum auri libris frequenter usurpant Historici, & Græci præcipue recentioris ævi. ut *ἑξήκοντα* de centum libris auri signati passim in eorum libris. Cod. de cursu publico. l. xi. centenariorum auri fit mentio quæ hippocomi in sacculis ferebant. qua lege cavetur ne sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem averta non transeat, *exceptis auri centenariis quæ necesse est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.* Basilica sic reddunt:

*ἑκατόντα ἢ πέντε χεῖρας κεντρικά-
 εσα.* sed ibi Jurisconsultorum prin-
 ceptis auri centenaria interpretatur or-
 namenta veredorum avertis applicita.
 quæ interpretatio falsissima est, &
 tanto viro indignissima. centena-
 rium, ut dixi, vocarunt centum libra-
 rum pondus. hinc auri centenaria,
 sunt centenarum auri librarum signati. au-
 rum autem ibi largitionale intelli-
 gendum est, quod veredis impone-
 batur, & in sacculis hippocomi fere-
 bant, si quando destinaretur ad co-
 mitatum principis, & sacris largitio-
 nibus inferendum portaretur. addidit
 illa de suo verba Tribonianus, *exceptis
 auri cent. nariis*, quæ non comparent in
 Cod. Theod. leg. XLVII. quam non
 integram ut ibi habetur, sed more
 suo mutilam in Codicem Justiniani
 transtulit. ne igitur plus justo on-
 nerentur veredi, constitutam illa
 lege ne sella cum frenis, item averta
 sexaginta libras transiret, præter auri
 publici centenaria quibus onusti in-
 cedebant. sed obiter videndum, quot
 centenaria uni veredo imponerentur
 leg. xxx. Cod. Theod. sanxerunt
 Valentinianus, Valens, & Gratianus
 AAA. *ut nemo amplius redæ quam mille
 pondo, angaria quam mille quingenta, ve-
 redo quam triginta audeat imponere.* sed
 verum ne id est, ut veredo non plus
 quam triginta pondo imponerentur?
 hoc nostris centenariis valde inimi-
 cum esset. enimvero minime dubi-
 tandum est quin sit legendum: *non
 plus quam trecenta.* tria igitur auri cen-
 tenaria veredo imponi moris fuit.
 vereor tamen ut hoc satis verum sit.
 nam reda cuius iustum onus erant
 mille pondo, si quando aurum sacra-
 rum largitionum ad comitatum
 principis deferretur, non plus quam
 quingentis auri libris onerabantur,
 cum mille argenti acciperet. vide leg.
 XLVIII. Cod. eod. tit. secundum
 hanc rationem tria centenaria argen-
 ti singulis veredis imponi solita, auri
 vero centenarium unum cum dimi-
 dio, esset dicendum. verum de his
 alibi. heic satis fuerit ostendisse cen-

tenaria auri male pro veredorum or-
 namentis accepta doctissimo iurif-
 consulto. mens igitur hæc Lampridii
 fuit: ex illis Heliogabali formis cen-
 tenariis nomen esse factum *centena-
 ria*, quod pro centum libris alicujus
 materiæ sumitur. verum longe alia
 significatione centenarius aureus
 qualem cudere instituerat Helioga-
 balus, & auri centenarium diceba-
 tur. nam centenariæ formæ Helioga-
 bali centum tantum aureorum pon-
 do materiam erant signaturæ. at cen-
 tenarium auri, centum auri libras de-
 signavit. & tota re falsus est vir et-
 ditissimus, qui centenarium, aut cen-
 tionalem nummum sic dici putavit,
 ut dicitur auri centenarium. cen-
 tenarius & centenio nummus, qui
 centum aureorum pondus habet,
 hoc est libras auri duas excurrenti-
 bus aureis quattuor. legendum igitur
 in verbis Lampridii supra: *quæ
 ternarias, & denarias etiam, atque ar-
 pias, usque ad librarias quoque & centena-
 rias.* nam *libræ*, ut vulgo legitur,
 nullo potest modo ferri. *libræ* enim
 & centenariæ formæ, quattuor
 tantum aureorum pondere inter se
 distabant: siquidem octo & quadra-
 ginta aurei in libram auri signaban-
 tur. sic duæ auri libræ sex & non-
 ginta aureos habebant: quibus au-
 reos adde quattuor, centenarios He-
 liogabali nummos efficies, qui centum
 aureis æstimabantur. hoc etiam con-
 firmant sequentia ubi eadem repetit
 sed diversis verbis: *decem vel amplius
 una forma, triginta & quinquaginta, &
 centum duæ cogrentur.* decem aurei sub
 una forma denarii dicuntur, & eo-
 rum formæ denariæ; quinquaginta
 vero sub eadem forma culi, quinquagenarii
 vel librarii: & quinquagenarii
 quidem quod quinquagenis au-
 reis æstimarentur, librarii vero quod
 libram auri penderent. nam quadra-
 ginta octo aurei libræ impatabantur.
 duo enim aurei supra libram excur-
 rentes formæ librariæ appellationem
 minime tollunt. formas igitur libra-
 rias dixit, quæ quinquagenarios au-

ditum est, 'quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, 'si quum multos solidos minores dare possit, 'dans decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur. Vestes se-⁴⁰ricas ipse raras habuit: holosericas nunquam induit, subericam nunquam donavit. Divitis nullius invidit, paupe-

reos signarent, vel aureos quinquaginta una forma: ut centenarias, quæ centenos aureos sub una forma comprehensos emitterent, quæ & bilibres formæ dici potuerunt, ut quinquagenariae librarie.

1 *Quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos minores dare possit, dans decem vel amplius una forma.*] Contaminatissima hæc sunt: sed nec saniores eruditorum hominum correctiones interpretationesque emendo, una dictione sublata, quæ totam sententiam infuscabat, hoc modo: *quum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si quum multos solidos minores dare possit, decem vel amplius una forma, triginta & quinquaginta, & centum dare cogeretur.* nihil mane sanius, nihil dilucidius. & hoc præstitit sola dicitio *dans* à nobis ejecta. profusissimus princeps Heliogabalus, parcissimus contra Alexander. diversam igitur uterque viam sunt sequuti. Heliogabalus quæsitio multa simul donandi profundendique compendio formas denarias, & quinquagenarias, & centenarias, invenerat publicaveratque. è contrario Alexander non solum formas illas aboleri præcepit, & in usu haberi vetuit; sed etiam longe minores, quam quæ vulgo in usu essent, cudi iussit. nec tantum solidos, sed etiam solidorum trientes in moneta formari voluit. formas autem illas omnes Heliogabali majorinæ, ut loquebantur, pecuniæ, ideo resolvi conflareque præcepit, quod diceret, plus largiendi quam vellet, occasionem inde principi dari, si cogeretur una forma decem aureos & triginta, & quinquaginta & centum etiam erogare, cum multos minores dando, posset largitionum suarum modum prout vellet temperare, & ad arbitrium modo eas contrahere, modo laxius illis indulgere. quod ille facere non posset, qui præ manu tantum haberet aureos denarios, & quinquagenarios & centenarios. cui multi minuti nummi ad manum sunt, is tantum expendit ac largitur, quantum lubet, nunc plures ex illis dando, nunc pauciores. qui vero tantum aureis atque argenteis majoribus nummis refertum habet marsupium, plerumque etiam præter voluntatem liberalis est, & plus dare cogitur, quod minus dare non possit. atque hic verus est hujus loci sensus, ex verissima nostra emendatione eliciendus. decem solidi una forma sunt quas supra denarias formas vocavit. *δεκάσηται τε το πέλο υαίλα* Græci dicerent, ut quinquagenarias formas, *πεντηγώνισται τε*: centenarias, *εκατόνηται τε* vel *εκατόνηται τε*.

GRUTERUS.

2 *Si cum multos solidos.*] Lectio minus bona. nihil tamen juvat exemplar Palat.

CASAUBONUS.

3 *Dans decem vel amplius una forma.*] Plane auctoris menti repugnat ista lectio. Sed non dubito quin locus totus ita sit concipiendus, ex emendatione Josephi Scaligeri: *cum diceret, plus largiendi hanc esse imperatori causam, cum multos solidos minores dare possit, dans decem vel amplius, quam si una forma triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur.*

pauperes juit, ¹ honoratos, quos pauperes vere non per luxuriam aut simulationem vidit, semper multis commodis auxit, agris, servis, animalibus, gregibus, ² ferramentis rusticis. ³ In thesauris vestem nunquam nisi annum esse passus est, eamque statim expendi iussit. ⁴ Omnem vestem quam donavit, ipse perpexit: omne aurum, omne argentum, idque frequenter appendit. Donavit & ocreas, & braccas, & calceamenta inter vestimenta militaria. Purpuræ clarissimæ non ad usum suum, sed ad matronarum, ⁵ si quæ aut possent

SALMASIUS.

¹ Honoratos quos pauperes vere non per luxuriam aut simulationem vidit. Ex isto genere honoratorum fuit ille cuius supra meminimus: quum quidam ex honoratis vitæ sordida, furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam exiisset, ubi perperam vir doctissimus reponendum censebat: quum quidam ex in-honoratis. quod caret ratione. Honorati autem vocabantur proprie qui dignitatibus erant præditi qua militariibus qua civilibus, vel honoribus functi. hi distinguebantur à plebe. hinc illa in notis Valerii Probi: PLEBS. VRB. ET. HON. V. id est, plebs urbana, & honoribus usi. honoribus usi, sunt honorati.

³ In thesauris nunquam vestem nisi annum esse passus est. Legebat Scaliger: in thesauris nunquam vestem nisi auream esse passus est. sed aurea vestis non dicitur quæ aurata est. thesauri autem heic sunt in quibus vestis sacra privataque principis reponebatur. hinc præpositi thesaurorum leg. xiiii. Cod. de murileg. privatae vel linteæ vestis magistris, thesaurorum præpositi, vel baphiorum ac tetrinorum procuratores, ceterique quibus huiusmodi sollicitudo committitur. dicebatur etiam comes thesaurorum, & suberat comiti sacrarum largitionum. comitis thesaurorum officiales dicebantur thesaurense. leg. ii. Cod. de Pal. sacr. larg. nullus thesaurense vel officialis comitis thesaurorum semel deprehen-

sus evorsor, &c. ubi perperam comitem thesaurorum, pro comite sacrarum largitionum accipit magus Jurisconsultus, & thesaurensem pro eius apparitore. comes thesaurorum ita suberat comiti sacrarum largitionum, ut comes domorum comiti privatarum. magistris & comites linteæ vestis, & baphiorum præpositi & tetrinorum. omnes erant sub dispositione comitis sacrarum largitionum. comites quoque thesaurorum in quibus vestes reponebantur sacra privataque principis, sub eisdem erant dispositione. sed hæc alibi falsus.

⁴ Omnem vestem quam donavit ipse perpexit. Vetus editio: ipse perpexit. sic in vita Maximini: gladius, lanceæ, loricas, galeas, scuta, tunicas, & omnia arma illorum quotidie circumspiciant. calceamenta quinetiam ipse prospiciant.

CAS AUBONUS.

² Ferramentis rusticis. Membranæ, ferramentis, rastris.

³ In thesauris vestem nunquam nisi annum esse passus est. Præceptum est ² aingvo maxims, Vestis novæ vestem veterem excludat. de quo infra ad Vopilæ Aurelianus.

⁵ Si quæ aut possent, aut vellent, certe ad vendendum graviss. Distingue sic: si quæ aut possent, aut vellent, certe ad vendendum, gravissimus exactor fuit. hoc ait: exegisse purpuram clarissimi luminis non ad usum suum, sed ut matronis

sent aut vellent, certe ad vendendum gravissimus exactor fuit: ita ut *Alexandrina purpura* hodieque dicatur, quæ vulgo *Probianæ* dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphis præpositus id genus muricis reperisset. ² Usus est ipse chlamyde coccina sæpe. In urbe tamen semper togatus fuit, & in Italiæ urbibus. Prætextam & pictam togam nunquam nisi cos. accepit: ³ & eam quidem quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant, ⁴ aut prætores aut coss. Accepit prætextam etiam quum sacra faceret, sed loco Pontificis maximi, non Imperatoris. Boni linteaminis appetitor fuit, ⁵ & quidem puri, dicens, ⁶ *Si lintei idcirco sunt*

ut

tronis donaret, si qua fuit quæ purpura uti vellent, aut pro conditione loci sui posset, vel si non daret, clarissimam tamen nihilominus exigebat ad vendendum. Solitus Alexander talia multa vendere. infra: *Gemma: una quod fuit vendidit. iterum: gemmas sibi oblatas vendidit. & statim: cum quidam legatus uxores duas uxori ejus obtulisset, vendi eos iussit. in Pii vita, Species imperatorias superfluas vendidit.*

¹ *Quæ vulgo Probianæ dicitur.] Scribe: dicebatur.*

³ *Et eam quidem, quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant.] Capitolinus in Gordianis: Palmatam tunicam & togam pictam, primus Romanorum privatus suam propriam habuit: cum ante imperatorem etiam de Capitolio acciperent vel de palatio. ideo dicta hæc toga, Capitolina palmata in epistola Taciti ad Probum.*

⁴ *Aut prætores aut Coss.] Sapiunt glossema. judicent eruditi.*

⁵ *Et quidem puri.] Non autem clavati, neque purpurâ, neque auro.*

⁶ *Si lintei idcirco sunt.] Scribe cum membranis, linteæ. loquitur autem de purpurâ clavatis.*

SALMASIUS.

¹ *Quæ vulgo Probianæ dicitur.] Casaubonus legit: dicebatur. quasi hic sensus Lampridii esset, purpuram cla-*

rissimam Probianam vulgo fuisse dictam ante tempora Alexandri, à quodam Aurelio Probo baphiorum præposito qui hoc genus muricis reperisset. deinde ab Alexandro Alexandrianam appellatam quod gravissimus clarissimæ purpuræ fuisset exactor Alexander Severus. sed hoc non vult Lampridius, cujus hæc mens est; clarissimæ purpuræ genus Probianum vulgo sua ætate appellatum ab inventore quodam Probo. Alexandrianum etiam fuisse dictum de nomine Alexandri, quod clarissimam purpuram solitus esset exigere. clara omnis purpura generali appellatione dicebatur Alexandrina, quod clara purpuræ gravissimus & fastidiosus exactor olim extitisset Alexander. hinc & illud etiam purpuræ genus longe clarissimæ ab Aurelio Probo repertum, & vulgo Probianum ab eodem dictum, Alexandrinum etiam dicebatur: quod erat generale nomen omnium clarissimarum purpurarum jam inde ab hoc Alexandro. & hoc nomen de clarissima purpura etiam ætate sua usurpatum scribit Lampridius, cum species quædam muricis vulgo Probiani dicti, ita etiam appellaretur.

² *Usus est chlamyde coccina sæpe.] Usus est chlamyde sæpe coccinea. ita Pal. & ver. editio.*

ut nihil asperum habeant, quid opus est purpura? in linea autem aurum mitti etiam dementiam iudicabat, quum asperitati adderetur rigor. Fasciis semper usus est.

6 Si lineæ idcirco sunt.] Mendosa hæc lectio. lineæ enim nunquam dicunt absolute Latini, sed lineæ, & lintia. unde Græcis λένια. Arrianus in periplo maris rubri: ὄρεσι νοητικῆς πολεμῆς ἡ ἀσσολοι νόθοι ἡρωικῆνοι. ἡ λένια ἡ δικοροια. Hesychius: λένιον, ἀείζωμος ἰερολεγκόν. Latini lintium, hinc Græci λένιον. ars lintiaria in veteri inscriptione. legendum heic igitur: si lineæ idcirco sunt. sed Palatinus habebat: si lineæ idcirco sunt. inde in veteri editione excusum: si lineæ. scribendum: si lineæ idcirco sunt ut nihil asperi habeant. lineas vocabant, interulas vel camifias ex lino. hinc lineæ Ægyptiæ, & lineæ Ægypto petita in libris sequentibus, & lineæ militares. legendum etiam paulo post: in lineas autem aurum mitti. nam nec in lineæ, nec in lineæ verum est.

GRUTERUS.

6 Si lineæ idcirco sunt ut nihil asperum habeant.] Antea erat lineæ: sed Palatinus magis etiam accedit ad aliorum scriptos, habetque, si lineæ.

CASAUBONUS.

1 In lineæ autem aurum mitti.] Lineæ scribas an lineæ, ut in regio, nihil refert. ἰθύνια & omnem e lino vestem vocabant lineæ, vel lineæ, sive lineas. Vopiscus in Carino: quid lineas petitis Ægypto loquar? loquitur de auroclavatis linteis: quæ iure damnat ob asperitatem & rigorem. ut valde miratus sim, cum legerem apud Anastasium in vita Benedicti tertii, camifias albas sigillatæ holosericas cum chrysoclavo: sed hæc non ad usum comparatæ, verum ad ornatum a diu sacrarum.

2 Cum asperitati adderetur rigor] Non male regius & Puteani, cum asperitas adderetur & rig. Zeno Veronensis sermone 11. de avaritia: Ad ecclesiam Dei opere vario totum inaurata corpus, execra-

bili metallo procedis omnia: ut in aurata, sub mollibus fortis. denique in oratione non stilletis; non nam condis.

SALMASIUS.

2 Quum asperitati adderetur rigor.] Pal. cum asperitate adderetur rigor. forte: quum cum asperitate adderetur rigor. vel potius: quum ad asperitatem adderetur rigor. lineæ autem & auro, & purpura clavabantur. has clavi purpurei reddebant asperas, auri vero rigidas. Alexand. lineis suis, ne quid asperum haberent, purpuram intexi volebat, aut purpura clavatas fieri. demones etiam illos iudicabat, qui non contenti lineas suas clavis purpureis asperas reddidisse, auro etiam eas clavandas curabant, ut sic & ad asperitatem rigor adderetur.

3 Fasciis semper usus est, braccas semper habuit.] Fascias heic pedules intelligit. nam pedules dicebantur ἀνάσιν ἡ ἐδέεπι κώες, cum fasciæ intelligerentur. pedulia etiam vocabantur. Festus: pedulia quæ dicimus, πένια Græcos appellare manifestum est. sed πένια πεδίων errat. nam pedule Latini non solent vocare, quod Græcis est πένια. tantum interest inter pedule & πένια, quantum inter πένια & πένια apud Græcos. nam quod Latini pedule, Græci πένια appellant. & πένια ad verbum est pedule. Fronto de differentiis vocum: pedule mensura est pedis, pedule vero sub pedibus præstita utilitatem. Glossæ: pedule, πένια γάιον, pedule, πένια. ita legendum, non pedule. pedule autem vel pedulis fascia, erat pedum involucrem. Hesych. πένια, ἐνελμαζα πένια, ἢ ἐν φασκίαις. πένια πένια recentiores Græci vocant, hoc est pedum pannos & fascias. nam pannus, est fascia. Glossæ Βυζαντινῶν: ἐδανάγια, πένια πένια

his ποσιν υφασμα(α α λυζε) ποδου-
παια. ita legendum in illis Glossis.
υφασμα(α), sunt udones. citant porro
Glossæ illæ locum Epiphaniæ κτ κη-
ταρω, qui sic legendus est: τα δε αλ-
λα, ποδια ως ειπιν τα ες ιμαλιων γε-
νηθησα, α ωρδφ λιπον οδονια κικλη-
ται, η βαρμη χειρι απειλιθια(ιν, δια-
υλοιοις δε τοις ποσιν. πανια vocat
istos udones verus Etymologici ma-
gni auctor in voce πιλο. ubi expli-
cat illud Hesiodi: — πιλοισ ενσοδε
ποδιασ: σημενω δν, inquit, κη τα
δρηια κη πανια. πανια, fascias ap-
pellant & segmenta ex vestibus recisa
Graeci recentioris avi. δρηια au-
tem etiam vocarunt ejuicemodi fas-
cias pedules, a veteri voce Graeca
δρηη quæ hoc significabat. δρηη
enim est fascia qua quid constringit-
tur & colligatur, aut etiam suspendi-
tur. Hefychius: δρηη υποδημα. hinc
δρηιον, recentiores & δρηιαριον,
pro eodem dixerunt. Suidas: δρηια
παρ ημιν οι τ ποδιω πιλοι. πελλω-
σα Aeschylus:

Πελλωσα ηχεν εν θετοις εν δρηυ-
λαις.
Πελλωσα Hefychio est fascia vel vin-
culum. πελλωσα δεσμος. πελλωται, οι
δρηιοι απει τα σφυρα κη τας αστραγα-
λας τ δρομειων απειελισοδρομοι εις το
μη εν ηεν φλωω. idem: πελλωσαι
υποδημα α απειπιθισον οι δρομεις
απει τα σφυρα ινα μη εξω σρεθη).
πελλωσα videtur legisse apud Aeschy-
lum Hefychius, & non pro fasciis pe-
dulibus vel udonibus accepisse, ut
fecit Pollux, sed pro quodam vinculi
genere quo sibi cursores talos cir-
cumligabant, ne in currendo pedem
inverterent, & talum eicerent: quos
autem Graeci πιλας, Latini udones
vocarunt. & udones quidem vel emilo-
nes quod ex lana coactili vel ex pilis
in modum lanæ pressis & coactis
quali subcui essent. eadem est πιλων
etymologia. nam πιλειν est premere
& cogere vel densare. Pollux: κη επι

τ ονομα ζομριων υδωνων πιλας τε-
μαις, Λυσικωσ ειπωνς εν βακ-
χηις, αλλα τεμαις επιπλεκθ.
ita legendus ille Pollucis locus. vulgo
legitur, επι τ ονομα ζομριων υδωνων,
& delicias ibi facit interpres cum suis
deliciis. πιλοι & εμπιλια, Græcis
pro eodem. & udones intelliguntur.
Hefychius: νακα, τας πιλας κη τα
εμπιλια. quidquid enim ex lana coa-
ctili esset factum, πιλας, & εμπιλια
dixere. & huiusmodi erant udones,
ex lana pilifve conciliatis & coactis
facti. hinc Glossæ: εμπιλια, udo. em-
pilia voce Graeca dixit Plinius quæ
Theophrasto sunt ποδια, obiter di-
cam, ποδια vel ποδεια melius scribi
quam ποδεια, το ποδειον, vel ποδιον
idem omnino, quod pedule. ο ποδειος,
vel ποδι. pedulis. hinc τα ποδια
pro ποδεια, pedulia, at το ποδιον etiam
diminutivum est, λπο δ ποδς, & pe-
diculum significat. at ποδεια sunt u-
dones. sic empilia, udones, & fasciæ
pedules, synonyma fuerint vo-
cabula. Jurisconsultus tamen fa-
scias crurales pedulesque, & impilia
vestis loco esse scribit, quia partem
corporis vestiunt. aliam vero esse cau-
sam udonum quia usum calceamentorum
praestant. leg. argumento. Dig. de au-
ro argento leg. sic separat udones ab
empiliis, & fasciis pedulibus. & sane
sciendum paullo differre πιλας hoc
est udones, & ποδεια hoc est fascias
pedules etiam apud Græcos ipsos.
πιλοι vel udones erant proprie lanci
calcei ex lana coacta facti qui intra
calceum quidem habebantur, verum
plerumque & ipsi vicem calceamenti
praestabant, praecipue domi & intra
cubiculum. calceones eos hodie vo-
camus, & non tantum ex linteis con-
fui solent, sed etiam ex lancis pannis.
pedum cucullos, & cucullopiones etiam
vocatos fuisse notabamus in superio-
ribus. non multum dissimiles erant
soleæ lanatae, quarum mentio apud
Martialem in isto disticho:

Desuerit si forte puer, soleasque libebit
Sumere, pro puerio pes erit ipse sibi.

ita

ira enim legendum. ipse pes sibi erit pro puero. si forte, inquit, puer defuerit, & soleas tibi libeat fumere, cum soleis lanatis poteris ipse è cubiculo exire, & soleas petere: & sic vicem pueri pes in solea lana supplebit. hinc videmus udones, & soleas istas lanatas saepe pro calceamentis vel soleis intra cubiculum gestari solitas. fasciæ vero pedules, ut ipsum nomen indicio est, erant segmenta quadam vel panni ex lanea veste decisi, vel etiam ex coactilicia, quibus involuebantur pedes atque integebantur, ad eundem plane modum quo crura ipsa fasciis illis quæ crurales inde sunt appellata. eundem tamen usum præstitisse fascias pedules & udones minime dubium est, etsi aliquantum forma dissiderent. nam udones ad speciem calcei vel soleæ pedem includebant, fasciæ vero circumligabant. Pollux *περιελήματα ποδῶν* & *πίλεις* aperte distinguit. *ὡς δὲ ποδῶν κρηλας καλεῖ, εἴτε πίλεις αὐτῶ οἰκτίον, εἴτε περιελήματα ποδῶν, κρηλῶρα καλεῖ. Αἰχὺλῶ δὲ φοινισσας.* ubi *περιελήματα ποδῶν*, sunt fasciæ pedules, *πίλοι* vero udones. quæ autem soleas lanatas Martialis vocat, *πανδάλια λαικῆ δῆλ' ὀδωνίων* appellat vulgaris donatio Constantini. ubi verus interpres udones reddidit. *πανδάλια δῆλ' ὀδωνίων* sunt soleæ lanatæ. ceterum auctores, passim udones, & fascias pedules & empilia confundunt, quod ad eundem hæc omnia usum accommodarentur. nam & udones pro fasciis, & fascias pro udonibus usurparunt. hinc etiam *ὀδωνία* Græci recentiores, non fascias illas quibus pedes involvuntur, dixerunt, sed oraria & mucchinia hoc nomine appellaverunt. Glossa βασιλικῶν *ὀδωνία* ἔστι ὀδωνία ὑφάσμα (ἢ ἐπιμήκη ἢ καὶ ἀράκια ὡρῆς ἵσιν λέγουσι). ταῦτα δὲ οἱ εἰς παλάτιον εἰσάγοντες συλλαγήν ἐπιφρημῶσι ἐν αὐτοῖς καὶ ἀπερῦτον καὶ ἀπέπινον. & Epiphanius *ὀδωνία* interpretatur, τὰ ἐξ ἱματίων γερῶν ἡμέρα. fascias nempe intel-

ligens, & pannos de vestibus recisos, & ad hunc usum adhibitos incedendum pedum. male autem magnus Jurisconsultus, qui pedules fascias esse vult pedum aut calceamentorum, apage illud calceamentorum. fasciæ illæ pedules semper sub pedibus habitæ, & intra calceos. & recte Prætorius pedule id esse interpretabatur quod sub pedibus prætare utilitatem. sic *πίλεις ὑφάσμα ἔχειν* dicit Crinius de his pedulibus. Martialis de udonibus:

Cyniphio poterit planta latere sua.
non erant igitur illæ fasciæ calceamentorum, sed pedum: atque inde dictæ pedules. male item doctissimus Turnebus qui cum in regula Bonedicti reperisset pedules & caligas, pedules ibi pro calceis accipere non dubitavit. quam falso! caligæ sunt calcei, pedules quibus pedes intra calceos positi maniantur & involvuntur. pessime etiam vir alius summus apud Suetonium fascias crurales & pedules confundit. fasciæ crurales Romæ non nisi ab agrotis aut delictatis & mollitie laborantibus favebantur. Quintilianus: *pellentes, fasciis quibus crura vestuntur, & fasciis aurium ligamenti a sola excusantur patitur valentulo.* Horatius:

ponis insignia morbi
Fasciæ, cruralis, fasciæ.
objectæ etiam illæ fasciæ Pompeio, crurales inquam, non pedules. lativum eum & delicatum inde arguit fuisse Cicero. alii etiam ad regni afflictationem eas traherent de colore ipso, nam candidæ & cretæ: at Iocus Varronis apud Nonium, non de cruralibus sed de pedulibus accipendus: *mibi puero medicæ una sunt tunicæ, toga, sine fasciis calceamentum, equum fere ephippii, balneum non quotidianum, acetum, ianus.* fasciæ heic sunt pedules: non recte igitur & illo Quintilianico loco & isto Varronis colligit ille vir doctissimus, tempore quidem Ciceronis Romanos extra valerudinem uti cepisse fasciis, ætate vero Quintilianico eas tantum agrotantibus ac mor-

boſis uſurpatas fuiſſe vel delicatis. nam de diverſis faſciis agunt **Quintilianus** & **Varro**. ſed longe majori errore idem ille vir magnus Græcis pedules in uſu fuiſſe, & crurales ex eo probate contendit, quod pedules illi *περιπέριδες*, crurales *περισκελίδες* appellatint. *περισκελίδες* eſt vinculum aureum quod in cruribus ad ornamentum geſtabant mulieres ſolæ, nec quidquam ad has faſcias crurales pertinet. **Seneca** de perſelide :

*Crura diſtincta reſervavit auro
Luteo plantas exhibente ſocco.*

de faſciis cruralibus hæc accipit. proſus abſturde, nunquam enim annulus aut vinculum aureum, faſcia dicatur. *περισκελίδες* autem eſt vinculum ex auro quo ſibi mulieres ornamenta gratia, crura vinciebant, & armilla cruralis potius diceretur quam faſcia. *περιπέριδες* non ſunt pedules, haud ſane magis quam *περισκελίδες*, crurales. inter ornamenta muliebria recenſet **Pollux** *περιπέριδες*, *πέριζα*, *πέριζα*, *πέριζα*, *πέριζα*, *πέριζα*, *πέριζα*. ubi *πέριζα*, & *πέριζα* & *περιπέριδες*, ſunt quidem faſciæ, ſed minime ex iſto pedulium genere de quibus heic agimus, & quæ intra calceamenta gerebantur. *πέριζα* & *περιπέριδες* & *περιπέριδες* ſunt inſtitæ vel faſciæ quæ veſtibus mulierem ad extimam oram adſuebantur ornamenta cauſa, quæ & *περιπέριδες* dicebantur. **Gloſſæ**: *πέριζα*, *κνυκας*, *περιπέριδες*. de quibus nos alibi. non rectum etiam illud eſt ejuſdem viri objectas eſſe faſcias candidas **Pompeio** ob ſuſpicionem regni, **Clodio** vero purpureas ad nequitiam argumentum. nihil ſimile eſt. faſciæ ſiquidem illæ purpureæ, quas objicit **Clodio** **Cicero**, muliebres erant, nihilque habent commune cum iis quas uſurpabat **Pompejus** faſciis cruralibus. norunt omnes quomodo **Clodius** habitum muliebrem ſumpſerit, & cum hoc veſtitu in **Cæſaris** domo deprehenſus fuerit. nihil notius hac hiſtoria. hinc illi **Cicero** de haruſpicum reſponſis, *crocotam*, *mitram*, muliebres ſoleas,

purpureas faſciolas, ſtrophium objicit, quæ omnia ſunt muliebres veſtitus inſignia. ſed nec illud verum eſt, quod ibidem annotavit vir idem ille Græce peritiſſimus, poëtis Græcis foeminas appellatas eſſe *εὐλίποδες* ob uſum illarum faſciarum. ſcribere enim **Pauſaniam**, *γυναικες εὐλίποδες* *ἀπὸ τῶν ἐνδεδίοντων τῶν μηρῶν*. **Euſtathii** hæc verba ſunt ad **Odyſſ. α.** *Παυſανίας δὲ λέγει*, &c. verum illa *μηρῶν ἐνδεδίοντες* propter quam mulieres *εὐλίποδες* Græcis poëtis dictæ ſunt, de faſciarum involutione nullo modo eſt exponenda, ſed de pedum conturbatione ac femorum implicatione laſcivis mulieribus in coitu familiari & conſueta. **Anacreon**: *πλέξαντες μηροῖσι τῶν κνήμων*. **Hefſychius**: *γυναικες εὐλίποδες*, *ἀπὸ τῶν δέντων σκελῶν καὶ ποδῶν τῶν καὶ τῶν σφυαρίων*. quid ſit conturbare pedes apud **Plautum** nemo poteſt ignorare. faſcias autem crurales *σκελίας* Græci vocarunt. **Hefſychius**: *σκελίαι τὰ τῶν σκελῶν σκεπασίματα*. **Πάρθοι** *σφυαρίων*. idem: *σφυαρίων*, *τὰ περὶ τῶν κνήμων ἐνδεδίοντα*. ſunt planæ faſciæ quibus crura veſtiantur, ut ſcribit **Quintilianus**, & earum uſum Romani in valetudine tantum videntur noviſſe. pedules vero vel *πίλοι* apud Græcos & Romanos pariter in promiſcuo fuerunt uſu, ſed apud Romanos videntur uſurpati caſiſſe **Ciceronis** ætate. nam **Varro** ſcribebat ſe puero calceamenta ſine faſciis ſumi ſolita. pedules igitur ſunt *πίλοι* vel *ἐμπύλια*, non autem *περιπέριδες*. liceret tamen faſcias illas pedules etiam *ποδῶν* Græce vocare, eadem ratione qua *σκελίαι* crurales vocatæ ſunt. & niſi fallor ita etiam appellantur apud **Pollucem** lib. x. cap. xl. *ὅτι ἡ σκελῶν καὶ ἀναξυρίδες καὶ σκελίαι καὶ ποδῶν ἐ Περσικῆ*. ita enim ibi legendum ex veſtigiis veteris libri, non *ποδῶν*, ut vulgatum eſt. & lib. eod. cap. xli. *Μένανδρος ἡ οὐ μισογῆνη καὶ σαρδαλοθήκας, καὶ πέλιωτες, ἕται γὰρ Σοφο*.

φοκλῆς τῆς ποδῆς κελεῖ. ita scribo pro τῆς ποδῆς quod editum est. scribi posset etiam τῆς ποδῆς. σκελεῖα & ποδῆα junguntur, ut cruales fasciæ, pedulesque, quod iisdem fasciis, & uno tenore, ut apparet, crura simul pedesque vestirent, & involverent. hinc τῆς ποδῆς Pollux, quæ pedules fasciæ sunt, eadem facit cum crurum tegminibus. τῆς δὲ πέλους, inquit, εἶδος ὑποδήμα-τος, ὡς αὐτῆς αὐτῆς ποδῆς, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ποδῆς ἀναξυρίδας ἀπὸ σκελεῖας ἐπίσφι. Κράτης δ' ἐν ἑορταῖς ἐφ. ἡ δὲ ποδῆς τεμνίτια. vides eum ποδῆς ἀναξυρίδας vocare. at idem alio loco ποδῆς ex Critia interpretatus est, τῆς ποδῆς ποσὶ πέλους. ecce autem Hesychius, qui ἀναξυρίδας, pedalia quoque interpretatur & pedum integumenta: Ἀναξυρίδες Φιωνία, βραχία βαρβαρικά, ποδῶν ἐνδομήα, ὑποδήμα βαθία ἢ βασιλικά. sic feminalia, tibialia, & pedulia, hoc est feminales, & cruales & pedules fasciæ eadem appellatione donaverunt, & bracas hæc omnia appellaverunt. vetus interpretres Juvenalis versum illum poëta,

Nuper in hanc urbem pedibus quæ venerat albis.

de brachis vel de pedulibus accipit. & bracas ibi manifesto pro pedum quoque tegimine posuit. sit ὀδοντα hoc est udones, bracas à quibusdam appellari adnotavit Epiphanius loco quem supra adduximus: ποδῆς τῆς ἐξ ἡμεῶν γαληνῆα ἀπὸ τῆς ποσὶ κέκλη) ἢ βογρομ, χροσὶ ἀπὸ τῆς ποσὶ δακτυλῆς ἢ τοῖς ποσίν. nam contrarii reliquo hominum generi agebant illi Cathari, & anulos in pedibus, pedules & bracas in manibus gestabant. Isidorus: tubruci quod à bracis usque ad tibiam perveniunt. bracas pro pedulibus posuit, ut interpretres Juvenalis. idem: tubruci quod tibias bracasque tegunt. bracas ibi sunt crurum tegumenta vel pedum. nam tubru-

ci dicebantur quos supra hofas accipiebant. Paulus de gestis Langob. calcei vero eis erant usque ad fontem pollicem pane aperti, & alternam locum corrigiunt retenti. postea crura capere hofis uti, super quas equitantes tubrucas birreos mittebant. sed hoc de Romanorum consuetudine tractant, tubruci autem dicti quasi tubulici, tuborum scilicet tuci, hoc est tuborum vel tubulorum operimentum. tubos enim, & tubulos recentiores Latini dixerunt tibiarum operimenta. Querolus: astu tubulorum genibus, brum. in nudis cruribus, in fasciis hyemes, caneros in tubulis age. idem: utique in astu tubulis angustis & vici tubos etiam dixerunt, nam inde τῆς ποδῆς Graecis. Achmes: τῆς ποδῆς ἡ ποδῆς ὅτι ἔσθαλε τῆς ποδῆς νία, ὀρθοῦ τῆς ποδῆς ἐν τῆς ποδῆς αὐτῆς ποδῆς ἀπὸ αὐτῆς σκίπη, ἢ σκελεῖα. hinc & χαλιστῆα ocreas appellantur, hoc est aneos tubos. at quum equitarent, super illos tubos accipiebant & aliud genus tegendis tubulis, quos tubrucas & tubrucas appellantur. hæc autem vel vocis Latinis recentioris avi pro quovis operimento. tubrucas vero eundem usum præbuisse veteribus, quem nobis botæ nostræ, satis ex illo Pauli loco constare potest. & falluntur qui κελεῖα ποδῆς quorum apud Codinum mentio, de his tubrucas accipiunt. iterum falluntur, quum tubrucas in bracas censent mutandos. κελεῖα ποδῆς Codini sunt curta braca. bracas igitur, non tantum femorales fasciæ, sed & cruales & pedules appellaverunt. at contra fasciæ cruales & feminales quales in usu Persis calciamenta vocavit Justinus lib. 1, de Semiramide: igitur braccia ac crura calciamenta, caput t. ara tegit. & ne novis habitu aliquid regere videretur, eodem ornata & populam sibi jubet. ita enim omnes libri eo loco legunt, pro quo editiones habent: velamentis. sic Pollux ὑποδήμα vocat τῆς ποδῆς, & Hesychius, ποδῆς, ὑποδήμα, cum tamen ποδῆς & πέλους

est. ¹ Braccas albas habuit, non coccineas ut prius solebant. ⁴ Gemmarum quod fuit, vendidit, & aurum in ærarium contulit, dicens gemmas viris usui non esse: matronas autem regias ² contentas esse debere uno reticulo, atque inauribus, & baccato monili, & corona cum qua sacrificium facerent, ³ & unico pallio auro sparso, & 'cy-

estendit, inquit, plus bonis videri in calcceis, quam in persona. illo enim tempore necdum senatores nigris calcceis utebantur: sed nudis pedibus, vel pulverulentis, vel braciis, vel pedules novas in braciis, quos pedortis dicunt, ut peregrinus. forte scribendum: vel pedules novas in calcceis. braciis tamen potest retineri ex iis quæ supra diximus. pedortis pro pedornes correximus. Græci πεδέρια dicunt, & sunt fasciæ pedules vel πῆλοι quibus intra calcceos muniebantur. ineptiunt qui πεδέρια & pedules, pro vestibus talatibus accipiunt. revincit illos Achmes his verbis: εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὰ ποδέρια ἐξένωσεν τῶν ποδέρια, ἢ λίψι τῶν δόλων αὐτῶ ἀναλόγως τῶν ἐνώσεως. quarto an vestes talares possint calcceos artare, & quomodo possint? pedules & udones qui habentur intra calcceum, si laxiores ipsi sunt, faciunt ut angustiore calcceo utamur, & pedem angunt, & urunt. idem Achmes: πῶς ποδέρια ἢ σπέθη ἐπὶ τῶν ποδῶν. at quomodo vestis talaris poterit esse pedis tegimen? ποδέρια igitur sunt fasciæ pedules, & dicta ποδέρια quasi ποδέρια, ut ὀπίερα pro ὀπίερα scribebant. & sane ποδέρια & ὀπίερα idem erant. pedes albos de pedortibus & pedulibus novis interpretatur ille vetus Juvenalis scholiastes, nam pedules illæ fasciæ albæ. Cratinus: λουκὸς ὑπὸ ποσὶν ἐξὼν πῆλος. in Donatione Constantini: σαρδέλια λευκῆ δι' ὀδονίων. aut solea lanata, ut paulo ante exponebamus, aut certe, calccei candidi cum udonibus. quæ interpretatio verior est, & eam nos alibi pluribus confir-

mabimus.

CASAUBONUS.

¹ Braccas albas habuit, non coccineas, ut prius solebant. Cave mures. Docuimus ad Suetonium Romanos quoque braccas gestasse: non illos quidem veteres Ciceronis vel Augusti æquales: sed eos qui proximo seculo aut altero saltem vixerunt: qui de re tota plura alibi disputamus. Suidas: Περαισέλια ἢ βρακίαι Φημελίαι ὀπίερα ἢ ἀέφορον οἱ Ρωμαῖοι τῶν τῶν σπέθη. ἢ ἴσων δὲ κρησθαφῶν. sed loquitur Suidas de braciis aliorum, quæ crocei coloris erant: imperatorum verò, ut hic auctor est Lampridius, coccineæ. sed ex ejus verbis colligere possumus, honestiorum braccas albas fuisse, ut & togam. Gestabant braccas & Romani milites. Suidas alibi: Αὐξενίαι ἢ αὐτίαι τῶν σθητηρῶν τῶν ἀναξυρῶν αὐτῶν χειρῶν ἀφελόμεναι. ἔπειτα τῶν βρακίων. ideo scribit Lampridius paulo ante: Donavit ὁ cœneas, & braccas & calceamenta inter vestimenta militaria. quam rectè autem fasciæ & braccæ junctim hic ponantur, ex iis quæ notamus ad Tranquilli secundum potest intelligi.

² Contentas esse debere uno reticulo Gemmato, videlicet. Capitolinus in Maximinis, reticulum de præfinito audecim.

SALMASIUS.

³ Et unico pallio auro sparso. Pallium auro sparsum est χρυσαπαισι, χρυσῶ χρυσαπαισιν καὶ χρυσαπαισιν, quod acu fiebat. Homerus:

--- σόλωνος εἴ' ἐπίπαισιν αἰελλοῦ. id est

& 'cyclade' quæ sex uncias auri plus non haberet. Pror.

id est *εὐπερικλάδην*. Seneca dixit auro sparsa lacunaria pro auratis vel auro pictis. lib. de benef. iv. cap. v. *et vestium nitidius auro aut coloribus sparsum.* albo sparsas pelles Virgilius dixit pro variegatis & distinctis albo:

— sparsis etiamnum pellibus albo. Ovidio alæ coloribus sparsæ, sunt distinctæ & virgatæ coloribus: de pico are,

— sparsitque coloribus alas. hinc *aspersum* genus piscis dixerunt, varii stellatique. Glossa: *aspersum*, *ἀσπρὸν ἰχθύος καὶ ἄστρη*. sic Græci *σπαστὸν* hoc est sparsum *ἀντὶ τῆς ποικιλίας* usurpant. Suidas: *σπαστὸν, ποικιλίαν*, pallium autem auro sparsum, signis aureis & clavis intextum intelligendum est. Græci *χρυσόσημον* dicunt. τὸ χρυσόσημον expressit Virgilius de pallio muliebri:

— pallam signis auroque rigentem. nam signis auroque dictum est figura in *ἀσπρὸν δούρον* pro signis aureis. signa aurea sunt clavi. Græcis etiam *ἀσπρὰ*. unde *ἀσπρη* vestes & *ἐπι-ἀσπρη*. *malisignæ vestes* Varroni *αἱ πολίτησιν*. aliter dicebantur *ἀσπρησεν* vestes quæ non aureis clavis intextæ, sed filis aureis erant contextæ, id est quarum trama fuit ex auro. Spartianus in Pertinace, vestes aureis filis, sericeo subtemine insignes eas appellavit. ubi aurea fila, de trama vel subtemine auro usurpavit. sic Græci *μίτρας* appellant proprie subtemen: & *χρυσόμιτρας* vestes, τὰς ἀσπρησεν. Dio *χρῆματα χρυσάτων* *ἐσθῆτων* λείων *ἀσπρησεν* vocat, cuius stamen sericeum erat, subtemen vero aureum. idem *χρῆματα ὀλοπέρουσα, χρυσὴ καὶ ἄστρη*, totam purpuream, auro sparsam, id est aureis clavis intextam & acupictilem. nam aurei illi clavi non in tela fiebant, sed acu pingebantur. contra *ἀσπρησεν* ex sericeo stamine & filis aureis in tela contexta. eleganter

τὴν ἀσπρησεν expressit Virgilius dicendo:

— *via* discriminat auro.

Et alibi:

Et picturatas auri subtemine vestes. vestes auro subtemine pictæ sunt *ἀσπρησεν*. Arriano: *χρῆματα σεβαστάτοι καὶ ἀσπρησεν*. pallium auro sparsum heic non est *ἀσπρησεν*, sed *χρυσὴ καὶ ἄστρη*, & signis aureis distinctum. pallium autem muliebri vocat quod aliter ricinium & maforte dicebant, & quod supra cycladem accipiebatur.

CASAUBONUS.

1 *Cyclade quæ sex uncias auri plus non haberet.*] *Cyclas* vestis muliebris auro texta, ut scribit Ambrosius in passione Agnetis. Auctori Glossarum aliud est *cyclas*: sed hæc alibi à nobis expenduntur. Erat autem certus unciarum auri numerus, quot quæque vestis aurea deberet habere. vide ad Claudium.

GRUTERUS.

2 *Quæ sex uncias auri plus non haberet.*] Sic & Pall. nam vulgg. *uncias*.

SALMASIUS.

1 *Cyclade quæ sex uncias auri plus non haberet.*] Palatinus & vetus editio: *quæ sex uncias auri plus non haberet.* ita etiam loquuntur optimi quique auctorum. *cycladem* heic vocat tunicam muliebrem auro circumtextam. nam *cyclas* inde dicta est quod limbum in circuitu haberet ad oram extremam adfuturum. limbum enim *κύκλον* Græci vocant. hinc *κύκλας* tunica quæ limbum haberet. Glossa: *Limbus, πίζα, κύκλον, περιπόδιον.* *cycladem* intellexit. Virgilius cum diceret:

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Servius: *cycladem* significat. idem Servius alio loco: *τοῦσας etiam feminas habuisse*

Q99 2 bnisse

Prorsus censuram suis temporibus de propriis moribus gessit. Imitati sunt eum magni viri, & uxorem ejus matronæ pernobiles. Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis quot

huisse cycladum & vicini usus ostendit. Ricinus autem dicitur quod post tergum rejicitur, quod vulgo matronæ dicunt. ricinum autem vocat, quod alii ricinium, & est pallium muliebre quod supra tunicam vel cycladem fumebatur. κυκλάς est quem Græci ἔκυκλον χιτῶνα dicebant, quod scilicet haberet πορφύραν κύκλω. Hesychius: ὡρίνησον ἰμάτιον ἔχον πορφύραν κύκλω. iidem: περηνήσσεια, περλοόλαια οἷς ἐν κύκλω πορφύρα ὡρίνησον. ἦσον etiam vocavit τὴν κυκλάδα Anaxilas his versibus:

--- καὶ πῶς γυνή

Ὡς περ γυλάδα ἦσον ἀμφίονον, post quem versum subjicit Pollux: τοῦτον δ' ἀνείη τῆ τὸ ἔκυκλον. idem eleganter hoc genus tunicæ, quod ὡρίνησον dicebatur, sic explicat: τὸ δὲ ὡρίνησον ὡρίνησον ἐστὶ ὡρίνησον ἔχον τὴν ἰμάτιον ἐξηρημαίνα, ἢ πορφύρα κύκλω τὴν τέλην ἢ ὑφάσματ' ὡρίνησον ἦσον χιτῶνα ποιεῖται τῆ ὡρίνησον ἢ χιτῶνατ'. hinc chlamydem limbo circumfluam dixit Papinius:

At tibi Mæonio fertur circumflua limbo
Pro meritis Admete chlamys, reze eitaque
multo

Murice.

quibus versibus eleganter τὴν περιόρω limbi expressit. nec minus eleganter Virgilius purpuram circumvestem currere dixit:

quam plurima circum

Purpura mæandro duplici Melibœa circumcurrit.

ὡρίνησον etiam vocavit Pollux: τὸ δὲ περιόρων τένεον εἶναι ὑφάσματ' ἐν πορφύρα ἢ ἄλλῃ χιτῶνατ' ἐν τῇ περιόρω λυκῶν ἐν ὑφάσματ'. περιήγησι pro eodem

dixere, quasi circumvestationem. hinc περιήγησι χιτῶν ἢ περιήγησι, & πορφύρα ἔχον κύκλω, περιήγησι quoque limbum & oram vestis appellasse alibi notamus. matronæ autem regiæ cycladas gerebant non purpura sed oro circumtextas. limbis enim auratis erant prætectæ, paragaudias ejusmodi limbos oro intextos vocarunt. de quibus nos alibi.

Ib. Cyclade qua sex uncias auri non plus haberet. In limbis scilicet & ornaturis ex auro quæ cycladem in ima parte circumcurrebant. nam aurata vel auro intexta erant illæ. Instita vel paragauda extremis cycladum oris adfuta. Trebellius in Claudio: albam subsericam paragaudiam unquam nam. id est albam subsericam paragaudis vel loris prætectam in quibus tres uncia inerat auri. Vopiscus in Bonoso: tunicam auro elevatam subsericam librem unam. id est quæ duas auri libras haberet in clavis aureis. ita hoc loco cyclades, sex unciarum auri, quæ limbos vel paragaudas haberent, in quibus intexta essent sex auri uncia. nam falluntur viri docti qui in his omnibus auri pariter & ferici rationem initam volunt fuisse, de quo nos alias.

CASAUBONUS.

I Prorsus censuram suis temporibus de propriis moribus gessit. Plinius in Panegyrico, vita principis censura est, coeque perpetua. Valeriano adclamarum est à senatu: Valeriani vita censura est: ille de omnibus judicet, qui est omnibus moribus. Aurelius Victor de Vespasiano: quod vehementius est, vita specie vitæ auro plura aboleverat. Ambrosius de Valentiano Augusto: quis tam altitatem vitæ quam ille sua censura atatis?

quot necessitas postulare: ita ut annonas, non dignitatem, acciperent fullones & vestitores, & pictores & pincernæ, omnes castrenses ministri, quemadmodum

1 *Et pictores & pincernæ.*] Assentior Antonio Loisele, & scribo, *pistores.*
 2 *Omnes castrenses ministri.*] Scribe, *monesque c.* in lapide Romano dicuntur, a SYPELL. CASTRENSI. sed hic *castrenses* idem ac *Cæsariani*, vel *aulici*: nam *castra* dixerunt principis comitatum, & *castrenses* coronas, *Cæsarianis* datas. vide quæ notavimus ad Pium. nihil hinc mutandum libris retinagentibus.

GRUTERUS.

1 *Omnes castreenses ministri.*] Lipsius nolet Epistola XVIII. Centuriæ Miscellanæ, inclinabat in *castrenses*, non abinde. suus tamen est sensus lectioni priori, & concinnior.

SALMASIUS.

1 *Omnes castrenses ministri.*] Legendum: & *omnes castrenses ministri.* aulici ministri, & Palatini ministri, & castrenses ministri iidem dicebantur. *castra* tamen nunquam Latini auctores dixerunt imperatoris comitatum, nec videtur velle vir doctissimus: etsi sciam τὸ ἐπιπέδον pro comitatu principis dixisse Synesium. nec *castrenses* ob id dicti sunt quod in *castris* hoc est in comitatu principis versarentur. nam si hoc esset, etiam corporecustodes, protectores & domestici, qui latus principis protegunt, & militiam sequebantur armeram, isto potius nomine fuissent dicti: quos tamen constat nunquam *castra* vocatos esse. sed nec omnes qui Palatinorum matriculis adtinebantur, hoc nomen habuerunt. nam qui in scriniis imperatoris militabant, id est memoria, epistolarum, libellorumque, in numero ac sub nomine castrensum ministrorum nunquam fuerunt. sed nec admissionales nec cubicularii castrensum appellatione censentur. aliquot ministros ex

his qui proprie castrenses dicerentur, heic nominat Lampridius, fullones, pistores, vestitores, pincernæ. videntur & coci & piscatores & balneatores & cursores etiam ac ceteri qui proprie ministri vocabantur, & aliquod ministerium in aula gerebant, sic appellati. castrenses ministros ita describit & enumerat Corippus:

Adhuc obsequio castrorum turba virorum.

*Illis summa fides, & plena licentia sacris
 Deservire locis, atque aurea sulcra parare,*

*Regales mensas epulis onerare superbis,
 Conservare domum, sanctumque intrare cubile,*

Internas munire fores, vestesque parare.

hinc castrensem, ministrum exponunt Glossæ Græcorum: καστρώσιον, ὑπηρέτης. eadem castrensem eum vocant qui mandata principis exequeretur. καστρώσιον, εὐτολδός. & pro magisteriano etiam accipiunt. nam mandatis principis exequendis maxime adhibiti magisteriani vel agentes in rebus: μαγιστεριῶν, ὁ καστρώσιον. alibi enim μαγιστριῶν, mandatorem quoque exponunt: μαγιστριῶν, μανδάτωρ. & alio loco μανδάτωρ, εὐτολδός. μανδάτωρ οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν δόχων τῶν αἰῶν τῆς βασιλείας ὀξείως ἀναμελίζοντες. hinc est quod eadem Glossæ castrensem ἀρχόντιον εὐτολδία interpretantur. καστρώσιον, παρεμβολδός, δόχων εὐτολδός. nam ita legendum. *Sacri palatii ministeria* dicuntur hi castrenses in Codice Theod. & *sacra ministerio deputati* Cod. de castrensi- nis leg. IV. militabant sub castrensi sacri Palatii, qui & castrensis simpliciter dicebatur leg. I. Cod. Theod. de privilegiis eorum qui in sa. Pal. mil. memorati namque Palatinorum ma-

tricularum adincentur, quique sub castrensi militanti. ead. leg. separantur à Palatinis seriniis & ab admissionalibus, & largitionalibus Palatinis. & leg. vii. cod. tit. quique in seriniis militanti, quique inter agentes in rebus plenum vigiliam munus exercent, admissionales etiam & qui sub castrensi officio, quique comitatensibus sive privatis largitionibus obscurant. ita enim ibi legendum, aut hoc modo: & qui sub castrensi, & qui in officio sive comitatu sive privatarum largitionum obscurant, dicti & ministeriani vel ministeriales, quod de sacro ministerio essent. inde titulus in Codice de castrensiis & ministerianis. Glossa Isidori: anculus, ministerialis domus regie. anculus vetus verbum quod ministrum vel nuncium significat. à Græco ἀγγελοῦ, angulus & anculus; ut Σικελός, Siculus: unde anculari ministrare, & ancillari τὸ διοικεῖν αὐτῶν. ministeriales imperatorum dicuntur apud incertum auctorem de mensuris: idcirco putamus, ministeriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse. ministeriales Cujacius de mensuris accipit, quos putat sub castrensi militasse. neutrum verum est. nam nec mensores ex castrensiis fuerunt, nec ministeriales ibi sunt mensores. mensurarum mentio doctissimum Jurisconsultum fefellit, eique persuasit, ut ministeriales mensores acciperet. mensuram officium ac munus fuit, imperatori & comitibus ejus ac militibus hospitia præparare ac metari, & singulis quibusque domos deputare, & manu propria enotare, postibusque hospitatori nomen adscribere. quos adsignandorum hospitiorum magistratos, vulgo metatores vocabant. nos hospitiorum menseos dicimus, & federarios. at ministeriales illi imperatorum qui majores in accipiendo, minores in dando mensuras habebant, aut sunt actores & procuratores rei privata, aut dispensatores regii, aut certe susceptores & exactores tributorum. de quibus nos alibi. nihil igitur illi mini-

steriales commune cum mensuribus habent. sed unde castrenses dicti ministri Palatini? putabam separatum olim ac diversum fuisse ministerium imperatoribus aulicum sive urbanum, & castrense. & castrenses quosdam dictos fuisse, qui in expeditionibus obsequium principi præstarent, eosque distinctos ab urbanis & aulicis ministris. sic suppellectilem aliam videntur urbanam habuisse, aliam castrensem. hinc in veteribus inscriptionibus Augusti libertus quidam memoratur à suppellectile castrensi. si quis imperatoriam suppellectilem castrensem appellatam esse arbitrat, longe errat mea quidem sententia. sic in alio lapide tabularij castrensis fit mentio. sed verius est castrenses dictos esse omnes Palatinos ministros quod semper adfuerunt principi, nec tantum in aula vel in urbe, sed in castris etiam obsequium illi & ministerium exhiberent, & in omnibus expeditionibus eum sequerentur. nam quocumque iret imperator, id expeditio vocabatur. Spartianus in Pio: expeditiones raro suscepit nisi quod in Campaniam ad agros suos profectus est. Constantinus de Palatinis: sed nec alieni sunt à potestate & labore castrorum, qui signa vestra comitantur, qui præsto sunt semper actionibus castrenses igitur sunt aulici ministri. & sacri Palatii ministeria dicuntur leg. xv. Cod. de erog. mil. ann. & separantur ab officiis Palatinis, & sacris seriniis: annonas enim que universis officiis, atque sacri palatii ministeriis, & sacris seriniis ceterisque castrorum adminiculis dignitatem solent designari. hi & castrensiis & ministeriales appellati. hinc recentioribus ministeriales regum, ducum, comitum appellantur, castrenses & expeditionales servi qui dominos suos in expeditionibus sequerentur, & semper præsto essent in bellicis actibus. in legibus Burgundionum: si quis seruum natione barbaram occiderit lectum ministerialem sive expeditionalem in capit. Caroli Magni: & si homo li-

dam pestis illa instituerat, ' sed annonas singulas vix binas.

vel ministerialis comitis hoc fecerit. in diplomate quodam ejusdem Caroli Mag. qui militares vel alio nomine ministeriales. ministeriales vocabant quos vulgo etiam vassos & vassallos & fideles dicebant. vassi ducum & comitum eadem erant qui ministeriales ducum & comitum dicebantur. hinc vassi & ministeriales; alidii & ministeriales saepe junctim ponuntur in veteribus Langobardorum legibus. hi quoque erant proprie castrenses & militares ministri, qui & fideles, & homines, & ministeriales, qui dominos suos ad bellum euntes sequi debebantur, sique praesto semper adesse. sic & ministri imperatorum, castrenses dicti ab eadem ratione, qui nunquam ab imperatoris latere discederent, & quocumque iret, eum comitabantur, ab obsequio parati. inter castrenses ministros fuere & vestitores, Lampridius hoc loco. Cod. de castrens. & ministerianis, leg. III. inde κληρικῶν vocarunt recentiores Graeci ministerianos pontificis vel patriarchae qui eum vestiebant. Codicibus de officiis Aulae Constantinop. κληρικῶν εἰς τὸ κληρικόν ἢ εἰς τὸ ἀρχιερεῖα κληρικῶν ἐστὶν καστρενσις. Johannes episcopus in κληρ. συνυπαρχὸς ἐστὶ τῶ κληρικῶν εἰς τὸ πρὸς τὸν βασιλέα τῶν ἱερῶν πολλῶν τῶ ἀρχιερεῖ μέγιστον ἐροπτακλίον. qui canitarius heic somniant, ut modestissime dicam, nugantur. κληρικῶν Graeci recentiores dixerunt pro κληρικῶν vel κληρικῶν. Glossa Graecorum: κληρικῶν, ἰδιόκτητα κληρικῶν περὶ κληρικῶν, castrense peculium. & ita semper scriptum reperitur in antiquis libris Harmenopuli & Theophili manu exaratis.

CASAUBONUS.

[Sed annonas singulas vix binas.]

Scrib. ἢ annonas singulas, aut vix binas.

SALMASIUS.

[Sed annonas singulas vix binas.]

Nihil mirandum. ita ut annonas non

dignitatem acciperent, sed annonas singulas, vix binas. quis non ita loquitur? annona autem numero singulari cum dicitur, frumentum significat, & vinum & oleum, & carnem & capitum & alias ejusmodi cellarienses species. vid. tit. Cod. Theod. de erogatione militaris annonae. annona vero multitudinis numero enunciata panes tantum significant. & hoc sensu accipiendae sunt annonae in his omnibus locis, ubi annona singularis, binas, aut ternas dari dicuntur, tot enim panes accipi debent. infra: medicus sub eo unus Palatinus salarium accepit. ceteri qui usque ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant, ita ut mundas si singulas consequerentur, alias aliter. mundas heic annonas non nisi de panibus potes interpretari. nec enim de lardo, aut capito animalium dixeris mundas annonas. atqui & laridum & capitum etiam annonae nomine comprehendebantur, non autem annonarum quibus proprie panes significabantur. titulus Cod. Theod. de excoctione & translatione annonarum, solius panis vel buccellati excoctionem intelligit. ideo leg. I. ejusdem tituli excoctionem panis dixit. & leg. II. excoctionem buccellati. in Synopsi βασιλικῶν: μηδὲν παντελῶς ἀπὸ τῶ ἀνόνων μηδὲ τῶ θεῶν σίτου παρέχεται. nulli ne divinae quidem domui frumentum pro annonis praebeatur. ἀπὸ τῶ ἀνόνων, id est loco panium. tamen l. I. Cod. de frum. urb. Const. non pro annonis sed pro annona legitur. Graeci interpretes πρὸς ἀνόνων maluerunt quam πρὸς ἀνόνων. nam annona sunt panes: annona vero etiam aliae species cellariae continebantur. annona igitur quae medicis Palatinis & aliis aulicis ministris dabatur, cum & binas & ternas & senas aliquando accipiebant, de panibus sunt intelligendae non de frumento, qua de re nos etiam alibi amplius dicemus.

Q994.

I Cma.

binas. Et quum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet, nec plures ministros, argentum & mini.

1 Cum argentum in ministerio plus ducentis libris non haberet.] Supra: ducentiarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transit. ministerium est quod vulgo vocamus *fruce*. in *fruce* d'argent. unius abaci argentum. hinc & ministerium pro abaco & delphica in qua argentum mensale exponebatur. Plinius ex actis triumphis Pompejani: *vasa ex auro & gemmis abacorum novem*. paria autem semper vasa abaci. Agroëcius: Cicero, *Tubeo prompt utrosque, binos habebam. quia delphica vasa paria semper sunt: unde ipse Cicero dicebat, scyphorum paria complurra. ita enim legendus ille locus.*

CASAUBONUS.

2 Argentum & ministros ante quando pascebat, accipiebat ab amicis.] Nullus sensus est hujus lectionis. Nos autem legebamus, & ministros etiam quando res pascebat. sed membranz omnes habent, pascebat. quare ita potius scribendum, quando pluris pascebat. sic usus Spartianus verbo pascere cum veteribus Latinis, ut dictum est ad vitam Hadriani.

GRUTERUS.

2 Argentum & ministros ante quando pascebat, accipiebat ab amicis.] Pal. & minist. omnia ante quando pascebat. adeo ut appareat scribendum, argentum & ministros in quando pascebat.

SALMASIUS.

2 Argentum & ministros ante quando pascebat accipiebat ab amicis.] Non alium scio apud istos auctores locum corruptiorem, quem nos & supra tangere & emendare meminimus. in unius enim littere mutatione tota erat emendatio posita. sic igitur corrigendum: argentum, & ministros ante quando pascebat, accipiebat ab amicis. quod hodieque fit, si pasceatur a prefectis, absente imperatore. pascere pro convi-

vium celebrare absolute positum notavimus ad Hadriani vitam: & ejus usurpationis exempla ibidem posuimus. convivia autem aut privata aut publica habebant imperatores. privatis amicos tantum & familiares adhibebant: iique ad hæc convivia vel invocati veniebant. quod factum sub quibusdam imperatoribus. privato igitur convivio Alexander qui argentum in ministerio non plus ducentis libris haberet, & servos paucos, non mutuabatur ab amicis: sed publicis tantum convivii quibus & ministerio ampliore & servis longe pluribus, propter convivantium multitudinem opus erat. quando igitur pascebat & argentum & ministros accipiebat ab amicis. idque sua etiam ætate fieri solitum narrat Spartianus non ab imperatore, sed a prefectis, si quando pascerent, absente imperatore. non dubium est hujus verbi pascere eam esse hoc loco significationem quam diximus. Calendis Januariis convivium exhibebat imperator magistratibus, & senatus proceribus, consularibus, pratoris & ducibus. Spartianus in Pertinace: *ea die etiam ad convivium magistratus, & præter senatus rogavit: quam consuetudinem Commodus prætermiserat.* absente imperatore, præfecti pratorio nomine imperatoris pascebant magistratus, & reliquos summates. Plutarchus in Galba, *ἄλλοις ἐν Τυράκτιον ἢ τοῦ οὐρανίου ἀποστέλλεν ἀποβάλλει τὸ ἐπιτοκ. καὶ δεξιοῖς ἢ ποιητοῖς ἰδεῖν αὐτὸν τὸ παλινοῦς καὶ τὸς ἡγεμονίους, ἐν τῇ Γάλλια ἀποστέλλει ὄνομα τοῖς κλητοῖς.* Glossæ: pasceit, βοσκῆ, ἐπιτοκ. ἀποστέλλει. pascere est *καταξίως ποιεῖν*, *δειπνῆσαι*. Calliodorus, de Rege convivium præbente, lib. xii, epist. iv. sic docet regem pascere, ut a legatis gentium credatur omnia possidere. ita Spartianus in Hadriano: ad deprec.

& ministros antè quando poscebat, accipiebat ab amicis: 'quod hodieque fit, si præstatur à præfectis absente imperatore. Voluptates scenicas in convivio nunquam habuit, sed summa illa oblectatio fuit, ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut aves parvulæ fursum & deorsum volita-

lendas obsonatorum fraudes, quomodo pluribus summatis pasceret. ad quem locum plura diximus, ipsumque Spartianum ex veteribus libris, & hac loquendi forma emendavimus. pascere igitur nihil aliud est quam convivium exhibere.

CASAUBONUS.

1 Quod hodieque fit, si præstatur à præfectis absente imperatore. Iterum hic contentientes invicem regius & Puteani tandem vocem reponunt. hoc enim modo scribunt: si pascatur præfectis abs. imper. sed in veteri erat adnotata ad oram altera lectio, à præfectis. Malim ego, si pascantur præfecti abs. ut sit hic sensus: ex illa consuetudine Alexandri, manasse hunc morem qui adhuc temporibus Lamprii obtineret: ut cum absente principe cena imperatoria præfectis pararetur, escarium potiorumque argenteorum Cæsariani mutuo ab amicis Cæsaris poscerent, non autem ex imperatoris vasario id sumerent. Non deerant alia quæ nobis de hujus loci sententia in mentem venirent: sed quod magis probaremus, aut potius, quod minus improbaremus, nihil erat.

2 Aut aves parvulæ. Regius & Puteani, gaepia par. nescio quid sit: nisi cui placeat scribi, aut obs. præ avitula, pro undique septæ.

GRUTERUS.

1 Quod hodieque fit si præstatur à præfectis. Sic initio quoque Palatin. sed factum deinde, præstatur. ita ut restituenda veniat scriptura aliorum codicum, pascatur, consulatur Casaubonus.

2 Aut aves parvulæ fursum & deorsum volitarent. Pal. aut gaepia parvulæ aliorum exempla, gaepia.

SALMASIUS.

2 Aut aves parvulæ fursum & deorsum volitarent. Aliam lectionem extare in suis libris jamdudum docuerunt viri docti, quam nos & in nostris minime minus reperimus. habent enim illi, gaepia parvulæ. quam cum viderent correctores, nihilque in ea viderent, mutarunt in aves parvulas, & genus pro specie nobis obtruserunt. nobis magis placet, non longius recedendo à vestigiis antiquæ scripturæ, parva mutatione vel litterarum traiectione, reponere: gaepia parvulæ, hoc est, galbeæ. Galbea autem genus est avis viridis, quæ & galbula, & galbina dicitur. posset etiam legi: Galbia pro Galbula. Galbea igitur & galbina & galbula, res eadem. nam hæc tria nomina viridem avem designant. Glossæ: galbeus, γαλβειός. ita enim legendum. eadem: galbus, γαλβός. galbus pro galbus. hinc galbeus, & galbinus, & galbinus, & galbulus pro viridi. unde galbinatus Martiali:

Facet occupato galbinatus in lecto. id est galbinis indutus. Juvenalis: Cærulea indutus sentulara aut galbina vasa.

ubi galbana hodie legitur apud Juvenalem. sed non magis galbanum pro galbeo vel galbino dici potest, quam coccanum, pro cocceo vel coccino. si galbanum Latine diceretur, media longa utique enuntiandum esset. sed cum passim corripiaetur ab auctoribus, satis signi est vitiole scribi galba-

litarent. Habuit sanè in Palatio unum genus voluptatis, quo maxime delectatus est, ¹ & quo sollicitudines publicas sublevaret. ² Nam aviaria instituerat pavonum, fasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam: hisque vehementer oblectabatur, maxime palumborum, ³ quos habuisse ad viginti millia dicitur: & ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit

num pro galbino. qui sic primi mutarunt, apparet eos galbanum hoc est τὸ γαλβάνω in animo habuisse, quasi quicquam commune esset galbano cum galbino. galbeæ igitur & galbinæ atque etiam galbulæ aves sunt viridis aut lutei coloris: Græcis χλωεῖδες, & χλωεῖνες ab eodem colore dicuntur. Galbina Martiali:

Galbina decipitur calamis & retibus ales.

vulgo galbula, sed galbina in libris. sed & galbula etiam rectum est. nam Latini avem, qui Græcis χερσῶ, galbulum à colore luteo vocarunt. ita enim apud Plinium legendum est, pro galgulo. galbus autem & galbulus: ut rufus & rufulus: galbeus, & galbinus, ut cocceus & coccinus. sed de galbino colore infra multa dicam ad Vopiscum. chlorum etiam Latini vocarunt hanc aviculam, voce à Græcis mutuata. Glossæ Græcolatina: χλωρὸς ἐρεθὸς, chlorus. Galbum igitur, & galbeum colorem viridem aut luteum significabat. sed Galbeum aliud, quod pro ornamento, vel armilla accipiebatur apud veteres, qua virtutis ergo donabantur milites. id autem galbeum, vel calbeum dicebatur, à voce Græca κάρπιον: unde carpentum & calpeum, postea galbeum. recte igitur, calbeos scripsit Festus. calbeos, inquit, armillas dicebant quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites utebantur. calbeos hoc est κάρπιος. unde κάρπιος ὄφης & ἐπικάρπιος Græci dicunt armillas in modum serpentis contextas. κάρπιον enim vocabant, id omne quod χλωρὸς κάρπιον

vinciebat: quod armilla proprie faciunt Latini Calpeum vel Calbeum. optimæ Glossæ: Calbea, κερπία. ita enim legendum, non Calbea. Placidus, calvea ornamenta. inde galbeum vocavit Suetonius, remedia lana involuta. Suetonius: alii quod in dicitur na valetudine galbeo, id est remedia lana involuta assidue uteretur. quem locum perperam usque adhuc sollicitum vexatumque viris doctis doleo. galbeum enim vocat auctor, illa remedia lana involuta quibus utebatur Galba, quod more galbei vel armille circa brachium obvoluta illa haberet. remedia igitur lana involuta, & in brachio vicem armille gestata, galbeum vocavit Suetonius, & inde Galbea nomen positum scripsit quod ejusmodi remediis assidue uteretur. armillas etiam vel galbea gestant veteres quibus remedia quædam erant inclusa adversus varios morbos facientia, de quibus ad Suetonium plura.

1 Et que sollicitudines publicas sublevaret.) Excerpta Spartiani, & Palatinus sublevaret. forte: sublevarat.

2 Nam aviaria instituerat pavonum.] Idem Palatinus, aviaria. an aviaria pro aviaria, ut viridarium pro viridarium, & alvarium apud agrimensores pro alvarium? posset heic aliquis suspicari aviaria scriptum esse pro vicaria. sed aviaria rectum est, vel aviaria pro eodem. de aviariis pavonum vide Varonem de re Rustica.

3 Quos habuisse ad viginti millia.] Vetus liber: quos habuisse ut ad viginti milia dicitur. sic Græci loquuntur: αὐτὰ εἰκοσι χιλιάδας.

vectigales, 'qui eos ex ovis ac pullicenis' ac pipioni-
bus alerent. Thermis & suis & veterum frequenter 42
cum populo usus est, ' & æstate maxime balneari ve-
ste ad Palatium revertens, hoc solum imperatorium
habens quod lacernam coccineam accipiebat. ⁶ Cur-
forem

CASAUBONUS.

1 Qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipio-
nis alerent.] Id est, ex ea pecunia
quam cogebant vendentes ova &
pulos ac pipiones palumborum. Ser-
vator vestigales appellat eos qui hunc
reditum curabant, & hoc privatum
quoddam vectigal domus regie exer-
cebant.

4 Balneari veste ad Palatium rever-
tens.] Scrib. in bal. v. virum sobrium
prodire in publicum in veste non fo-
renti, id est toga, turpe habebatur &
indecorum: nisi tamen à convivio
rediret aut balneis. vide ad Hadria-
num Spartiani.

SALMASIUS.

1 Qui eos ex ovis ac pullicenis.] Pulli-
cos hec vocat pullos falianorum,
pionum, perdicum, anatum & gal-
linarum. inde nostra vox porcins de
pullis gallinaceis. pulli, pullici & pul-
litas dicit Varro in genere
gallinaceo, & pullitras opponit ve-
stis gallinis lib. iii. de re rust. Et ea
que dicitur volulis potius quam pullitris.
pullitras etiam pullos equinos dixe-
runt, qui recentioribus puledri pro pu-
litis. atque ita scriptum occurrit in
Legibus Salicis. pullitrus anniculus in
Legibus Visig. hinc nos pullitras vel
pullitras equulas vocamus.

2 Ac pipionibus alerent.] Pipiones
vocat palumbinos pullos, ut pullice-
nos, gallinaceos & pavoninos. tur-
turi pulli ita vocantur in veteri
Glossario: pipionis, πειπιονος.
hanc vocem in nostro quoque idio-
mate retinemus, sed pro columbis
ipsis usurpamus. nam pipiones dici-
mus pipinos extrita media littera, quod
nobis solenne est in omnibus voci-

bus quas de Latino mutuamus. sic
rubium, rouje: alvium, anje: cavia:
caye; & pipiones, πίωνες. pipiones
autem à pipiendo dicti, quod pro-
prium est pullorum avium. pipiones
quoque minores grues vocarunt. Pli-
nius: item pipiones, sic enim vocant mino-
rem gruem. male vulgo pipiones. pipio-
nis mentio apud D. Hieronymum
de virginitate tuenda, sed vulgo pi-
pio ibi legitur pro pipio. locum ad-
ferrem, si liber nunc esset ad manum.

3 Et æstate maxime balneari veste.] Sic
distinguendus hic locus: thermis suis
& veterum frequenter usus est, & æstate
maxime, balneari veste ad Palatium re-
vertens.

5 Quod lacernam coccineam accipiebat.]
Excerpta Spartiani & Palatinus: lacer-
nam coccineam, lacernam quidem perperam
pro lacernam, sed cocceam recte, quod &
prima editio retinet. cocceum autem,
& coccineam dicebatur τὸ κόκκινα-
φες: ut galbeum & galbineum paulo su-
pra notabamus. hinc emendandus
vetus interpres apud Hieremiam pro-
phetam Lamentationum capite 17.
qui vescebantur voluptuose, interierunt in
vitiis qui nutriebantur in croceis, amplexati
sunt stercorea. pro illis, in croceis, quod
perperam viri docti referendum pu-
tant ad exquisitiorem & delicio-
rem cibum, quasi à colore commen-
datum, reponendum est: qui nutrie-
bantur in cocceis. sic enim in Græco,
οὐ τὸ κόκκινον ἐστὶν ἰσχυρὸν. cocceum igitur
& cocinum & coccinum dicebatur,
eodem fere modo, quo galbeum, galbi-
num & galbineum dici superiori anim-
adversione notabamus. non uno au-
tem loco cocceum pro coccineum in ve-
tustis libris exaratum observavimus.

6 Curforem nunquam nisi servum
suum.]

forem nunquam nisi servum suum, dicens 'ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos, piscatores, fullones, & balneatores, non nisi servos suos habuit: ita ut si quis deesset, emeret. Medicus sub eo unus Palatinus salarium accepit: cæteri omnes qui usque ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant,

suam.] Inter servos erant quidam ad hoc ministerium deputati, nempe ad currendum. quorum mentio frequens apud hos auctores & alios passim. in Synonymis quæ Ciceroni tribuantur in veteribus membranis, & quæ sub hoc titulo etiam citantur ab Hincmaro Remensi, tanquam synonyma ponuntur, *cursor, domesticus, simulus, adscula, agaso*. servi à pedibus & servi ad pedes etiam dicti sunt hi cursores. ingenuos porro cursores habuisse videntur alii imperatores, at Severus nunquam nisi servis suis cursoribus usus est. inter aulici autem ministerii obsequia etiam cursores fuere sub posterioribus quoque imperatoribus. Corippus:

— jamque ordine certo

Turba decanorum, cursorum, in rebus agentum.

leg. x. Cod. de diversis offic. decanorum partis Augustæ, cursorum partis Augustæ. ubi magnus Cujacius cursores interpretatur veredarios. omnino male. cursores enim pedibus obsequium præstabant, & mandata perferebant. unde & exercipedes vulgo appellabantur. Glossa: *exercipes, ταχυπόδες, ὄποιός, ἡ, ἡσπόω*. Spartianus de Vero: jam illa leclora quod cursoribus suis exemplo Cupidinum alas frequenter apposuit, ventorum nominibus sepe vocitatus, inde esse atque inhumaniter faciens cursitare. Lampridius hoc loco: *cursorum nisi servum suum, dicens ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere.* Glossa: *cursor, ὄποιός*. at veredarii in equis currebant, & sunt quos hodie *currerios* dicimus. nam veredi sunt

equi cursuales, à Græca voce *βέβητος* aut *βέβητος* quæ fugitivum aut fugacem significat. *βέβητος, βέβητος*, veredarii falluntur enim grammatici qui primam originem nominis veredorum hanc esse putant, quod veredarii id est ducerent rhedas. veredarii igitur mandatis principum ac responsis ferendis operam dabant, sed in equis. & cursores idem ministerium exhibebant, sed pedibus. cursores hodieque habentur in comitatu ac ministerio principum, quos vulgo vocamus, *vales de pied*, hoc est ferros à pedibus. sed de his alias.

CASAUONUS.

1. *Ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere.* Plautus,

Servile esse duco sistinatem currere.

De cursoribus in quattuor Græcorum certaminibus sacris, Pindarus, Pausanias, aliique passim.

2. *Ita ut si quis deesset emeret.* Sic membranæ: nec muto. etsi non displiceat *decessisset*. quod eruditissimo atque amicissimo viro Nicolao Rigaltio videbatur.

3. *Medicus sub eo unus Palatinus salarium accepit.* Quod passim in libris juris civilis observabis. salarii & honestius nomen est, & commodum majus quam annonarum. Palatinorum archiarorum definitum aliquem fuisse numerum non invenio.

SALMASIUS.

4. *Cæteri omnes qui usque ad sex fuerunt.* Ceterique omnes, qui usque ad sex fuerunt. ita vetus editio cum Pal.

bant, ¹ ita ut mundas singulas consequerentur, ² alias aliter. Judices quum promoveret ³ exemplo veterum, ut & Cicero docet, & argento & necessariis instruebat, ita ut præfides provinciarum acciperent ⁴ argenti pondo

¹ Ita ut mundas singulas consequeretur, alias aliter.] Bene vir doctissimus legit aliter, pro alter. sed & consequerentur scribendum pro consequeretur: ita ut mundas singulas consequerentur, alias aliter. nec minus necessaria hæc emendatio, quam illa. loquitur enim de omnibus medicis Imperatoris, qui septem erant, hique omnes, excepto uno qui salarium accipiebat, annonas tantum consequerantur, & in his singulas tantum mundas, reliquas non item: nam binas, aut ternas accipiebant, de mundis annonis diximus supra.

CASAUBONUS.

¹ Ita ut mundas singulas consequeretur, alias aliter.] Liber Politiani pro alter scribit aliter. rectè. neque alia emendatione opus. Mundas annonas appellat quomodo lautam cœnam dixit Horat. mundam. sic mundus panis qui opponitur sordido & furfuraceo: & mundam victum, ut Græci ἄγδαπερον, quo utuntur elegantiores. Cum igitur archiatris istis annonæ exhibebantur binæ aut ternæ, singulæ tamen erant ex illis munda, id est, aptæ mensis lautioribus: cæteræ in usum familiaris. In epistola Valeriani Augusti de præmiis Aureliani, quam refert Vopiscus, panes mundi opponuntur panibus castrensibus, & parcius illi quam hi exhibentur. vide locum. Erat vero minimum quod istis præstaretur, cum tamen vel mediocri nominis medici uberrimum quantum ex arte sua olim facerent. quid dico medici? imo vero & tonsorum quavis non postremissimus. Testis ille qui à Juliano Cæsare interrogatus, quid haberet ex arte compendii. Vicenas diernas respondit annonas, totidemque panes pamentorum, quæ vulgo dicitur capi-

ta, & annum stipendium grave, absque fructuosis petitionibus multis. Ammianus libro XXI I.

³ Exempla veterum, ut & Cicero docet.] Ille quidem multis locis: sed respicit, opinor, Lampridius hæc verba Sirenis Romanæ è libro IV. in Verrem. Videte majorum diligentiam: neminem qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putarunt, ut emeret argentum; dabitur enim de publico: ut vestem; præbatur enim legibus: mancipium putaverunt, quo & omnes utimur, & non præbetur à populo. sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. Vasarrii vero meminuit idem in L. Pisonem. Augustus veterem morem mutavit. Suetonii cap. XXXVI. ubi olim plura.

GRUTERUS.

² Alias aliter.] Obsequutus sum Politiani libro, in quo ista lectio, nam & Pal. alter, quomodo & vulgg.

SALMASIUS.

⁴ Argenti pondo vicena, phialas senas.] An illæ phialæ argenteæ fuerunt? apparet fuisse. cur igitur phialas speciatim expressit, & non alia quoque vasa? an tota illa vicena argenti pondo, phialæ istæ senæ fuere? non puto. cur ergo phialas à reliquo argento separavit? non esse sinceram hanc lectionem indicium fecit vetus scripturâ Palatini Codicis, quæ sic habet: argenti pondo vicenam filas senas. ex quâ felicissime emendavi: argenti pondo vicena: mulas senas, mulos binos, equos binos. confirmant conjecturam nostram sequentia, in quibus eodem planè ordine isthæc repetuntur: reddidit deposita administratione, mulas, mulos, equos, muliones & cocos. atqui mularum nusquam meminerat nisi heic. mulas igitur

do vicena, phialas fenas, ¹ mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, ² aureos centenos, ³ cocos singulos: & si uxores

non

igitur & mulos accipiebant de publico præsidēs provinciarum: & mulos quidem, nisi fallor, vectandis impedimentis, mulas vero ducendæ redæ, aut catruæ: nam semper mulæ redis ducendis adplicita: at muli ad saggam, ut plurimum, habebantur. unde mulus centuriatus militum in vita Aureliani qui centuriæ impedimenta vehebat. sed hæc nos alias. de correctione nostrā hujus loci minime dubitandum.

CASAVBONVS.

¹ *Mulos binos, equos binos.*] Olim ista præbendorum mancipēs exhibebant, sed liberalius.

³ *Cocos singulos.*] Supple ex Puteanis: cocos, miliones singulos. & firmant quæ subjiciuntur.

GRUTERUS.

³ *Cocos singulos, miliones singulos.*] Addidi duas voces fide Pal. quod & eas propugnarent aliorum scripti. vulgaris male deerant.

SALMASIUS.

² *Aureos centenos.*] Salarium, argentum, vestes, ministeria de publico accipiebant præsidēs provinciarum. epistola Valeriani apud Trebellium in Claudio: *sane scias tantum ei à nobis decretum salarii, quantum habet Ægypti præfectura: tantum vestium quantum Africano proconsulatu dedimus: tantum argenti quantum accipit curator Illyrici: tantum ministeriorum quantum nos ipsi nobis per singulas decernimus civitates.* olim publice locabantur præbenda rectoribus provinciarum, & erant mancipēs qui redimerent quacunque illis essent exhibenda necessaria per totum tempus administrationis. sustulit hunc morem Augustus & certam illis pecuniam constituit ad hanc rem. testes Dip & Suetonius in Augusto.

sub posterioribus vero imperatoribus, non salarium, tantum datum est provinciarum præsidibus ex instituto Augusti, sed etiam argentum, vestes, muli, equi. ministeria & reliqua necessaria. quod ex infinitis locis apud hos auctores potest probari. sed profecto nimis modica hæc salarii summa quæ heic videtur constituta ab Alexandro provinciarum administratoribus. nam centenos tantum aureos annuos eis decrevisse patet ex hoc loco, hoc est monetæ nostræ ducentos quinquaginta solares. at Tribuni legionum plus accipiebant illa ætate. nam Valerianus Claudio Tribuno dari jubet in epistola sua, quæ apud Trebellium legitur, *philippus annuos centum quinquaginta, & in ferrii quadraginta septem, & trientes centum sexaginta.* quæ summa in unum redacta efficit aureos præter propter ducentos quinquaginta, solares vero nostros quingentos. si tribunus tantum accipiebat, quid merebatur accipere provinciæ rector? omitto procuratores ducentarios à ducentis sestertiis dictos quæ in stipendium accipiebant, id est aureis Romanis bis millenis. legendum igitur hoc loco putabam: *aureos sestentens.* sed nimis etiam brevis & contemnendus hic numerus, si ad exemplum modumque comparetur salariorum, quæ tunc militibus, tribunis, ducibus, legatis dari moris erat. nam ex Dionis fragmentis colligi potest, *το λειψιδρον γέγρας* ejus qui proconsule provinciam regeret, fuisse decies sestertium. hoc est aureorum, quales erant Romani, decem millia, nostrorum viginti quinque. verba ejus hæc sunt: *τάτων γὰρ ἕτε πλὴν Ἀφρικανῶν καὶ κληρωσάμενον ἐπίστρεψεν ἱ. Ἀ. φρον αὐτὸν ἀρχαιστρατηγῶν, ἕτε πλὴν Ἀσίαν κρητὴν μισθὸς αὐτῶν ἐποίησεν*

non haberent, singulas concubinas, (quod sine his esse non possent) reddituri deposita administratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos: cætera sibi habituri, si bene egissent: in quadruplum reddituri, si male. 4 Præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum, leges innumeras sanxit. 5 Carrucas Romæ & rhedas senatoribus omnibus ut argentatis haberent, permisit: interesse Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis senatores vectarentur. Consules quocunque vel ordinarios, vel suffectos creavit, ex senatus sententia nominavit, sumptum eorum contrahens: & nun-

43

*ἐπιτολῆς τὸν μὲν ἰκνέμενον
ῥέως καὶ οἴνῳ μὲν αὐτῷ εἰς πέντε
καὶ ἑξήκοντα μισθία δὲ δολίων εἰς ἑξή-
κοντα καὶ ἑξήκοντα καὶ αὐτῶν ἑλα-
τῶν ἐπιτολῶν δὲ ῥωμαίων, ἀλλ' ἡγεμονίας
ἔχοντων.*

In epistola Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriæ: Claudio dabis loricae unam quam refundat. & ita scriptus.

SALMASIUS.

3 Si male. Præter condemnationem.] Distingue: cetera sibi habituri si bene egissent: in quadruplum reddituri si male, præter condemnationem aut peculatus, aut repetundarum.

CASAVBONVS.

4 Præter condemnationem.] Distingue: in quadruplum reddituri si male: præter condemnationem aut peculatus aut repetundarum.

5 Carrucas Romæ & rhedas senatoribus omnibus ut argentatas haberent, permisit. Postea & aliis quam senatoribus permissum. Vopiscus in Aureliano: Dedit præterea potestatem, ut argentatas privati carrucas haberent: cum antea arata & eborata vehicula fuissent. Sed & jam olim argentatæ atque auratæ carrucæ in aliquo erant usu. Martialis in Quintum libro tertio:

Aurea quod fundi pretio carruca paratur.

Plinius lib. xxxiv. cap. xi. At nos carrucas ex argento celare invenimus. & pluribus idem lib. xxxiv. cap. xvii. sed hæc alibi accurate.

1 Et

GRUTERUS.
1 Quod sine his esse non possent.] Pal. habet illud non à manu tantum secunda, sed tamen antiqua.

CASAVBONVS.
2 Reddituri deposita administratione.]

¹ & nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora. Quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, ² sed ut post quæsturam præturas acciperent, ³ & inde provincias regerent: ⁴ arcarios vero

¹ Et nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora.] Jam monuimus esse illa inducenda, vel dies vel tempora. Pro vetera, potest etiam scribi veteri.

⁴ Arcarios vero instituit qui de arcæ fisci ederent munera.] Scribendum, arcarios & de arcæ f. ita omnes veteres. & eam lectionem viri docti pridem exposuerunt.

SALMASIUS.

¹ Et nundina vetera ex ordine instituit.] Palat. & nundina vetera serdine instituit. ejus lectionis vestigia premit vetus editio quæ sic legit: nundina vetera Sardina instituit. quid sit nescio. vulgatam non male ex vestigiis veteris scripturæ concinnatam esse arbitror. nundinum autem pro nundinum fere semper in illo antiquo exemplari scriptum reperi. sic supra: primo nundinio sibi alios semper suffecit. & in vita Taciti: idcirco quod jam Senatus omnia nundinia suffectorum consulum clauserat. ad quem locum plura de nundiniis consulum. delenda porro illa verba, quæ hunc locum perperam infederunt: vel dies, vel tempora. nam ex glossa marginali infulta sunt, quam aliquis adposuit ut explicaret, quid essent nundinia, & satis commodam sibi visus est excogitasse interpretationem, cum dixit nundina esse vel dies, vel tempora.

² Sed ut post quæsturam præturas acciperent.] Pal. sed ita ut post quæsturam. scribendum: sed ita ut post quæsturam.

³ Et inde provincias regerent.] Deinde provincias gererent. ita in Pal.

⁴ Arcarios vero instituit qui de arcæ fisci.] Recte docti homines restituerunt: arcarios vero instituit qui de arcæ fisci. nam ita plane & expresse in Pa-

latino legitur. arcæ igitur etiam fisci dicebatur, & arcarii qui de fisco munera edebant. aliter arcarii dicuntur Cod. de susceptoribus, præpositis & arcariis. nam arcarii ibi sunt qui suscipiebant arcæ præfectoria interceda. arcarios tamen etiam tribuit comiti rei privatae lex xiv. Cod. Theod. arcæ fisci, & arcæ publica, vel populi præ arario. in vita Aureliani: est prætorum vestra auctoritatis arcæ publica. arcæ publicæ etiam mentio in veteri inscriptione: & arcæ populi in alio loco: hoc monumentum si quis donare, vel vendere voluerit, inserat arcæ pop. Rom. H. S. L. M. N. hoc est arario pop. Rom. etiam & arcæ Pontificum, & aliz variaz arcæ collegiorum corporatorumque. privati etiam suas arcas habebant, quas qui administrabant & dispensabant, serui arcarii dicti. hinc de arcæ solvere, hoc est domo, cui contrarium est de scriptura mensæ. Donatus: Unde hodie additur in chirographis, domo ex arcæ sua, vel ex mensæ scriptura. & alibi: non enim in foro & de mensæ scriptura magis quam ex arcæ domoque, vel cista pecunia numerabatur. arcarium tamen veteres glossæ exponunt, & est de prætoribus æquæ mensæ. ubi mensam & arcam eandem facit. an de prætoribus æquæ mensæ ibi arcam publicam vocat, & qui ejus rationem tractaret, arcarium? arcæ præfecti prætorio etiam mentio dicebatur. sed hæc alibi.

GRUTERUS.

¹ Et nundina vetera ex ordine instituit, vel dies vel tempora.] Pal. & nundina vetera serdine instituit vel, &c.

⁴ Arcarios vero instituit, qui de arcæ fisci ederent.] Sic quoque Pal. nisi quod tamen seruet, quæ item sederent. vulgæ arcarios vero instituit qui de arcæ fisci.

vero instituit qui de arca fisci ederent munera, eademque parciora. Habuit in animo ut munera per totum annum dispergeret, ut per xxx. dies munus populo daretur: sed cur id non fecerit in occulto habetur. ¹ Capitolium septimo die quum in urbe esset, ascendit, templa frequentavit. CHRISTO templum facere voluit, eumque inter deos recipere. ² Quod & Adrianus cogi-

SALMASIUS.

¹ Capitolium septimo die cum in urbe esset, ascendit.] Lege ex libro: septimo quoque die ascendit.

CASAUBONUS.

¹ Capitolium septimo die cum in Urbe esset, ascendit.] In Larario suo rem divinam quotidie fere mane faciebat: in aliis Romæ templis sæpissime: in Capitolio septimo quoque die. Ibi forem Capitolinum & Imperatorem, Romani, præsertim magistratus, præcipue colebant.

² Quod & Hadrianus cogitasse fertur.]

De Tiberio narrat hoc Tertullianus & alii patres Græci ac Latini: de Hadriano vero nemo illorum, si satis memini, simile quicquam. Et mirum profecto tam nobilem historiam, tot fidei Christiana propugnatores acerrimos, viros undecunque doctissimos, & quorum intererat hoc scire, potuisse fugere. Sed videtur hæc de Hadriano suspicio multo post ejus seculum hominum mentes insedisse: cum neque Justinus Martyr, neque Athenagoras, neque Tertullianus, neque Cyprianus, aut omnino quicum ex illa veterum patrum manu, vel tenuissimam ejus rei suspensionem tanto unquam accepissent. Unde autem vulgo multi seculo Lampridii hanc de Hadriano concepissent opinionem, declarat auctor cum subjicit: qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris iussit fieri: que hodie idcirco quantum habent numina dicuntur Hadriani, que ille ad hoc parasse dicebatur. En fontem & originem hujus opinionis. Iussit hæc Hadrianus, templa fieri in

omnibus civitatibus, suo nomini, sine dubio, consecranda: quod & Spart. in vita illius testatur. sed mortuo Hadriano prius quam hæc templa absolventur, mansere pleraque illorum imperfecta, neque unquam dedicata sunt. Exemplo esse potest illud quod Tiberiade magnifice inchoatum, mox relictum est necdum absolutum, tandemque in usum balnearum à civibus destinatum. Epiphanius contra Ebionæos: ναὸς κτίσθη ἐν τῇ πόλει Τιβεριάδι ἀπερὶ τῆς τετρακονταετίας, Ἀδριανέου τῆς ἐκάλειν ἄτελλες δὲ τῆς τοῦ Ἀδριανέου διαμύμων, οἱ πολῖται εἰς δημοσίον λετῶν ἐπειρῶν ἐπιστάσαντες. Talia ædificia in plerisque civitatibus adhuc Lampridii ætate extabant, inchoata solum, non perfecta, non dedicata; ac proinde, ut ait ipse, sine numine & simulacro ullo. Eo factum, ut in animum inducerent multi, quibus assentitur hic Lampridius, non sibi Hadrianum illa templa extruxisse, verum CHRISTO. Erat quidem Lampridius E. M. religione, & à pietatis Christiana sacris, ut ejus scripta ostendunt, alienus: sed norat ille, quod ignoratum poterat nemo, & Judæos olim in Hierosolymitana aede εἶδος ἢ ἀγάλματι χροῖς, ut Strabo quoque, ac Dio scribunt, DEVM coluisse: & suis etiam temporibus Christianorum templa ejusmodi esse, qualia adhuc memoria sua beatissimus Augustinus cum alibi prodit fuisse, tum etiam in psalmi CIII. enarratione, sane luculenter. nam cum multa de gentium ἁμυλαῆς aureis dixisset; Sed enim, R. r. inquit,

lies vel
ia iuffe
prætu-
arcarios
vero
etiam fici
filio mu-
i dicuntur
epobis &
qui fufci-
nterendu.
uit comini
neol. arca
populi pro
iffi p. m. u.
arca pa-
cri in liti-
alio f. ar.
m. H. S. L.
om. ent.
ia v. u. u.
rumque.
abebat;
dispenfa-
ne de ara
strarium
os: Unde
ex arca
libris: tunc
in magis
a p. u. u.
veteres
p. p. u. u.
arcom
d. p. u. u.
qui ejus
? arca
la dic-

cogitasse fertur qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina, dicuntur *Adriani*, quæ ille ad hoc parasitice dicebatur: sed prohibitus est ab iis qui confluentes sacra, repererant omnes Christianos futuros

44 si id optato evenisset, & templa reliqua deferenda. In

inquit, & nos pleraque instrumenta & vasa ex hujusmodi materia, vel metallo habemus in usum celebrandorum sacramentorum: quæ ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur, in ejus honore, cui pro salute nostra inde servitur. Et sunt profecto etiam ista instrumenta vel vasa, quid aliud quam opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent, & non loquentur? nunquid oculos habent, & non videbunt? nunquid eis supplicamus, quia per ea supplicamus Deo? Ulla causa est maxima impietatis insane, quod plus valet in affectibus miserorum similis viventi forma, quam quod eam manifestum est non esse viventem, ut debeat à vivente contemni. Plus enim valet simulacra ad curvandum infelicem animam, quod os habent, oculos habent, aures habent, nares habent, pedes habent: quam ad corrigendum, quod non loquentur, non videbunt, non audient, non odorabunt, non contrectabunt, non ambulabunt.

1 Sine simulacris jusserat fieri. Quia videlicet, cogitabat ipse Hadrianus, postquam absoluta essent templa quæ fieri imperaverat, simulacra committere, aut præsens ipse consecrare eo habitu, quo vellet ubique pro loci natura coli. Lege initium Periplus Euxini, quem ad Hadrianum misit Arrianus. potes ex ea historia quam describit ibi Arrianus causam veram conijcere, cur jusserit Hadrianus templa nomini suo consecranda sine simulacris fieri. Sed Lampridius aliam causam hujus edicti fuisse sibi persuasit.

2 Omnes Christianos futuros si id optato evenisset. Regius, si fecissent. Puteani, si id fecisset. puto mutatam lectionem vulgatam ab iis qui eam non assequerentur. Et est sane locutio nova, si id

optato evenisset, id est, ut nos interpretamur, si pro votis multorum, liceat cuique optanti, fieri Christianum. Satis constat jam Hadriani temporibus evigilasse plerorumque hominum mentes, & vanitatem decorum suorum agnovisse: verum illos vis metus continebat. norant probe hoc consilii istius auctores: si tamen veteris hoc aliquando factum.

GRUTERUS.

3 Si id optato evenisset. Pal. si id optato evenisset.

SALMASIUS.

3 Si id optato evenisset. Palatinus si id optato evenisset. at excerpta Spartiani ex eadem Bibliotheca: si id optato evenisset. eandemque quoque lectionem in Regio codicis extitisse, quo usus est Casaubonus, patet ex iis quæ infra idem ille vir doctissimus adducit ex eodem libro, ante illa verba, omnibus nominibus ornatus. quibus in Seneca & apud populum lectis variis temporibus cum etiam de his avicia optato evenisset, omnibus nominibus ornatus. illa enim verba, optato evenisset, huc necessario sunt retrahenda, quæ perperam in illum locum traducta sunt. in scriptis autem libris & prima editione hæc Alexandri vita sic conscripta habetur ut nihil videri possit turbatus confususque: frequentes enim paginarum transpositiones totum historiarum contextum ordine suo dimoverunt. quod multis locis, ut in vitium inciderent, causa fuit. si id optato evenisset, hoc est, si quemadmodum multi optabant, id contigisset. optabant enim tunc temporis multi, ut illa templa dedicaret Hadrianus quæ

jocis Alexander dulcissimus fuit, in fabulis amabilis, in convivii comis, ita ut quisque posceret quod vellet. Ad aurum colligendum attentus, ad servandum cautus, ad inveniendum sollicitus, sed sine cujusquam excidio. Syrum se dici noluit, sed à majoribus Romanum. Et stemma generis depinxerat, quo ostendebatur genus ejus à Metellis descendere. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruspibus, mathematicis, mechanicis, architectis salaria instituit, & auditoria decrevit, & discipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari jussit. Etiam in provinciis oratoribus forensibus multum detulit, plerisque etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere. ⁴ Leges in annos firmavit, easque etiam ipse diligentissime servavit.

in Christi honorem, multis in civitatibus, jussit sine simulacris aedificari, pro contingere, vel evenire, non hoc tantum loco positum vidimus, sed multis aliorum auctorum locis firmare possemus. potest & legi: *operam eumisset.*

CASAUBONUS.
¹ Sed sine cujusquam excidio. Ita auro cogendo operam dabat, ut neminis tamen fortunam per calumniam appetere. miram dictionem usurpavit, excidio. sed ita locutus Lamprius, quia sciebat, optimum principem, dum avarae matris voluntati obtemperat, integritatem suam nonnihil maculasse. Herodianus, *καὶ διὲν αλλήλων ἔσθη τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἀποβῆς πρὸς ἀρχαίων, ἡσυχίας πρὸς ἀλλήλοισιν, καὶ ἀρετῆς ἐκείνων.* vide in extrema vita.

³ Genus ejus à Metellis descendere.] Vel Marcellis fortasse, ut diximus libri hujus initio.

⁴ Leges in annos firmavit.] Annatas leges, pridem exoleras Romae.

SALMASIUS.
² Syrum se dici noluit.] Syrum se dici solebat. ita vetus editio.

⁴ Leges in annos firmavit.] Leges in annos, pro legibus annariis accipi placet heic eruditissimis viris. quod mihi ratione videtur carere. simplicius enim potuisset dicere *leges annarias*. sed & variant libri manu exarati, nec hanc lectionem agnoscunt. Palatinus habet: *leges agnos firmavit.* & ad oram libri eadem manu adscriptum, *leges agnoscens firmavit.* idque arripuit pro vero qui primam editionem curavit. puto scriptum olim fuisse: *leges, ac ius firmavit:* inde factum, *ac nos, & postea agnos.* scribe igitur: *leges ac ius firmavit, easque etiam ipse diligentissime servavit.* de jure enim ac legibus in universum ab Alexandro firmatis, ac diligentissime servatis agit, & intelligit, non de quibusdam legibus de novo factis. Capitolinus in Marco: *ius autem magis vetus restituit, quam novum fecit.* nihil verius aut certius hac nostra conjectura.

GRUTERUS.

⁴ Leges in annos firmavit.] Pal. *leges agnos firmavit.* suspecta mihi loci hujus sanitas. dure quippe dictum, *firmare leges in annos*, pro *leges annarias.*

R I I 2 I QUA

vit. Theatralia spectacula sæpe obiit. Theatrum Marcelli reficere voluit. Multis civitatibus, quæ post terræ motus deformes erant, ad instaurationem operum & publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit. In templis sane nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans versum Persii,

— *in sanctis quid facit aurum?*

- 45 Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine suo edisseram. Primum tamen ejus consuetudinem dicam de rebus vel tacendis vel prodendis. Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos in quo scriptum esset: *illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, & si dii voluerint, in prima mansione mansurus:* deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, deinde ubi annona esset accipienda: & id quidem eo usque quamdiu ad fines barbaricos veniretur. jam enim inde tacebatur, & omnes ambulabant, ita ne dispositionem Romanam barbari scirent. Certum est autem

CASAUBONUS.

1 *Quæ post terræ motus deformes erant.* Sic Suetonius in Vespasiano, *Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat. Plinius libro decimo, Placuit locus, in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis.* & ita alii multi.

2 *Auri ne guttulam quidem.* Nihil mutandum: sed non possum dissimulare quod inveni in regio, *ne reticulam quidem.*

3 *Deinde stativæ.* Ita omnes libri, non *stativa.*

4 *Et omnes ambulabant ita ne dissimularent.* Scrib. *et v. ambulabant taciti, ne dissimularent.*

SALMASIUS.

1 *Quæ post terræ motus erant deformes, ad instaurationem operum.* Vetus editio intersevit vocem, *sumptus: multis civitatibus, quæ post terræ motus deformes erant, sumptus ad instaurationem operum &*

publicorum & privatorum pecuniam ex vectigalibus dedit. quod mihi perperet, nisi vox pecuniam sequeretur. sumptum autem pro pecunia usurparunt. itaque alterutrum delendum est.

2 *Auri ne guttulam quidem aut bracteolam.* Nihil heic varium in nostris libris. *bracteolam*, scribit editio vetus cum scriptis plerisque. *bratteas* enim & *bratteolam*, & *brattearis*, scribebant.

GRUTERUS.

2 *Auri ne guttulam quidem aut bracteolam.* Haud aliter quoque Pal.

3 *Deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ.* Sic quoque Pal. non *stativa.*

4 *Et omnes ambulabant ita, ne dispositionem Romanam barbari scirent.* Vox *ita*, non conspicitur in Pal. neque requiritur.

eum nunquam id quod proposuerat, fefellisse, quum diceret, *Nolle ab aulicis suas vendi dispositiones*: quod factum fuerat sub Heliogabalo quum ab eunuchis omnia venderentur. ¹ quod genus hominum idcirco secreta omnia in aula nosse cupiunt, ut soli aliquid scire videantur, & habeant unde vel gratiam vel pecuniam requirant. Et quia de publicandis dispositionibus mentio contigit, ubi aliquos voluisset vel rectores provinciarum dare, vel præpositos facere, ² vel procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus; si non probasset, subiret pœnam capitis: dicebatque, grave esse, ³ quum id Christiani & Judæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. ⁴ Assessoribus salaria instituit: quamvis sæpe 46

dixe-

SALMASIUS.

¹ Quod genus hominum idcirco in aula secreta nosse cupiunt, ut soli aliquid scire videantur. Prope est, ut probem principis editionis scripturam: quod genus hominum idcirco secreta omnia in aula esse cupiunt, ut soli aliquid scire videantur.

CASAUBONUS.

² Vel procuratores, id est rationales. Sive ab auctore, sive ab alio sint illa adjecta, id est rationalis, interpretamentum est vocis procurator. Nam quos vocabant prius procuratores principum, eos sequens ætas rationales dicit. Commodus in epistola ad Albinum: super hoc ad procuratores meos literas misi, quas ipse signatas accipies signo Antoninis, & cum opus fuerit rationalibus adhibe, pro eodem ponit procurator & rationalis. Capitolinus in Gordiano, quidem rationalis sibi ultra procuracionem omnia iudicans, quod dixit Spartianus, procuratores latius evagantes.

³ Cum id Christiani & Judæi facerent, in prædicandis sacerdotibus qui ordi-

mandi sunt. Plena sunt B. Cypriani scripta testimoniis hujus moris. ut cum epistola xxxiv. scribit: *In ordinationibus clericis, fratres charissimi, solemus vos ante consulere, & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare.* Sed ex plurimis Cypriani locis qui huc faciunt, unum afferemus, ex quo potest intelligi & prædicari sacerdotes quid sit, & quam bene Christianis Judæi in observatione hujus moris ab Alexandro conjungantur. Sic igitur ille, postquam retulit quomodo Eleazarus Aaronis filius sacerdos fuisset creatus: *Coram omni synagoga, inquit, jubet Deus constitui sacerdotem: id est instruit & ostendit ordinationes sacerdotales, non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere: ut plebe præsentem vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur: & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata.*

⁴ Assessoribus salaria instituit. Non tum primum hoc factum. Spartianus in Pescennio: *Addidit consularis sala-*

dixerit eos esse promovendos qui per se rempub. gere-
re possent, non per assessores, addens militares habere
suas administrationes, habere literatos: & ideo *unum-
quemque hoc agere debere quod nosset.* Thesauros reper-
tos iis qui repererant donavit: & si multi essent, addidit
his eos quos in suis habebat officiis. ² Cogitabat secum
& descriptum habebat, cui quid præstitisset: & si quos
sciret vel nihil petiisse, vel non multum, unde sumptus
suos auferent, vocabat eos, & dicebat, ³ *Quid est cur
nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pete ne priva-
tus de me queraris.* Dabat autem hæc in beneficiis,
⁴ quæ famam ejus non læderent. Bona punitorum, sed
nunquam cum auro, argento, vel gemmis (nam id
omne in ærarium reponebat) ⁵ dabat præposituris lo-
corum

ria, ne eos gravarent quibus assidebant.
mansisse autem Pescennii exemplum
probant leges quarta & sexta Dig. De
officio assessorum: quæ quidem le-
ges Papiniani sunt: quare non primus
Alexander, ut videtur existimasse
Lampridius, salaria adsefforibus in-
stituit.

SALMASIUS.

¹ *Unumquemque hoc agere debere quod
nosset.* Ερδοι πς λω εηγεσθ ειδειν
περλω.

³ *Quid est cur nihil petis?* Vetus
editio: *quid est quod cur nihil petis?* Sed
alterutrum tollendum. *cur* autem re-
tinemus cum libris scriptis.

⁴ *Quæ famam ejus non læderent.* Bona
punitorum.] Tollenda est πλειεα ημεν,
& legendum: Dabat autem hæc in bene-
ficiis quæ famam ejus non læderent, bona
punitorum, &c.

⁵ Dabat præposituras locorum civilium
non militiæ.] Ita adducit hunc locum
vir doctissimus. omnes editiones &
libri legunt, *militum*, ipse legendum
contendit, *militarium*, placet nihil
mutari. *præposituras militum*, vocat
militares præposituras, nec ad locorum
referendum.

GRUTERUS.

⁵ Dabat præposituras locorum civilium,
non militum.] Ita etiam Pal. ut pen-
deant ab illo *præposituras*, non ab *locorum*.

CASAUBONUS.

² Cogitabat secum & descriptum habe-
bat, quid cui præstitisset.] Rationarium
imperii ab Augusto sapientissimo &
maximo principum fuerat institutum:
cujus pars fuit is qui dicebatur
Liber beneficiorum in eo descriptam
erat accuratissima diligentia, qui agri
quibus colonis essent divisi, & quæ
subseciva agrorum superessent, quæ
dividi aliis possent. Hygenus De li-
mitibus constituendis: *Libros ari* &
typum totius pericæ linteis descriptum, se-
cundum suas terminationes adscriptis affi-
bus tabulario Casaris inferemus: & si qua
beneficio concessa aut assignata colonie fu-
erint, sive in proximo, sive inter alias creatas
tes, in LIBRO BENEFICIORVM adscribe-
mus. Sed de agris solum Hygenus lo-
quitur: Alexander vero, ut indicat
Lampridius, non agros tantum, ve-
rum & alia quæ largiri principes so-
lent, habuit descripta. Alius fuit Rei-
publicæ temporibus Liber ille benefi-
ciorum in quem rectores provincia-
rum

corum civilium non militum: dabat eas administrationes quæ ad procuraciones pertinerent. Rationales cito mutabat, ita ut nemo nisi annum compleret: eosque, si boni essent, oderat, malum necessarium vocans. Præfides vero, proconsules & legatos nunquam fecit ad beneficium sed ad iudicium vel suum vel senatus. Milites expeditionis tempore sic disposuit ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem & septem (ut solent) dierum, nisi in barbarico: quamvis & illic mulis eosdem atque camelis adjuverit, dicens *militēs se magis servare, quam seipsum, quod salus publica in his esset.* Ægrotantes ipse visitavit per tentoria milites, etiam ultimos, & carpentis venit, & omnibus necessariis adjuvit. Et si forte gravius laborassent, per civitates & agros patribus familias homini-

rum simul ac Romam redierant, tribunos militum, centuriones, contubernalesque suos, & quoscunque in provinciis promovissent, deferebant: quod dici solitum, ad ærarium in beneficium deferre. meminit M. Tullius multis locis.

Dabat præposituras locorum civilium non militum. Melius, *militarium*. ut reperitur vox locorum. Locus & præpositura parum differunt. Capitolinus in Maximinis, locos militie appellat, quas hic Lampridius *militares præposituras*. sic in Heliogabalo: *militaribus præposituris & tribunatibus & legationibus & hæcatis venditis.*

SALMASIUS.

1 *Eosque si boni essent, oderat.* Lego: *oderat, & si boni essent, oderat, malum necessarium vocans.*

CASAUBONUS.

1 *Eosque si boni essent oderat.* Scribe, *eosque vel si boni essent.*

2 *Malum necessarium vocans.* Allusum ad vetus dictum, *γυνή κακὴ ἀγαθή*.

3 *Nec portarent cibaria decem & septem, ut solent dierum.* Bene solent. Am-

mianus qui puer vidisse potuit Lampridium, libro xvii. *Tantum ex annona decem & septem dierum, quam in expeditionem pergens debebat cervicibus miles.* & M. Tullius inter ægminis onera ponit, *ferre plus dimidiati mensis cibaria.* Sed modus oneris ex conditione locorum aut consiliis ducum pendebat, non ex certa lege.

4 *Nisi in barbarico.* In hostico, *πολεμικῆ γῆ.* sic mox, *expeditio Barbarica.*

5 *Milites etiam ultimos.* Caligatos & manipulares munifices. De hoc more imperatorum ad Hadrianum plura.

7 *Patribus familias hominibus.* Ridicule. Scribendum, *humanioribus*, auctore Claudio Puteano, magni iudicii in literis viro.

GRUTERUS.

6 *Per civitates & agros patribus familias hominibus, &c.* Sic & Pal. forte *patribus familias communibus*, id est, qui comes essent, qui humaniores: ut significatio insolentior ansam dederit vocis depravanda. quamvis alio sane sæculo illud *hominibus* locum suum egregie tueretur.



hominibus & sanctioribus matronis eos distribuebat, reddens impendia quæ fecissent, sive convaluissent illi, seu perissent. Quum quidam *Ovinus Camillus* senator antiquæ familiæ delicatissimus rebellare voluisset, tyrannidem affectans, eique nuntiatum esset, ac statim probatum, ad Palatium eum rogavit: eique gratias egit quod curam Reipub. quæ recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet: deinde ad senatum processit, & timentem ac tantæ conscientie tabe confectum, participem imperii appellavit, in Palatium recepit, convivio adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quam ipse utebatur affecit. Et quum expeditio barbarica esset nuntiata, vel ipsum si vellet ire, vel ut secum proficisceretur, hortatus est. Et quum ipse pedes iter faceret, illum invitavit ad laborem, quem post quinque millia cunctantem, equo sedere iussit. quumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque seu timore seu vere respuentem, abdicantem quietiam imperium,

SALMASIUS.

7. *Patribus familias hominibus, & sanctioribus matronis eos distribuebat.* Puffilum mendum, non tamen nullius momenti huic loco incubuit, quod effugisse miror oculos acutissimi doctissimi que viri. nam pro patribus familias hominibus, rescribendum: patribus familias honestioribus, & sanctioribus matronis eos distribuebat. natum autem ex eo vitium videtur quod compendiose scriptum esset, ut tum erat scribendi mos, patribus familias ho. id erat, patribus familias honestis, vel honestioribus. quod imperiti, hominibus, esse voluerunt. idque non nisi ab ineptis defendi potest. H. vero littera, vel Ho. litteris singularibus & honestum & hominem significabat. Valerius de Notis: H. honesta, vel hic, vel heres, vel homo, vel honestus. idem paulo post: H. vel HO. Homo, vel honestus. H. F. honesta femina.

1. *Ad Palatium eum rogavit.* Sic ad senatum rogare supra in Hellogabalo: deinde ubi primo dicitur senatus habuit, matrem suam in senatum rogari iussit.

2. *Et timentem ac tantæ conscientie tabe confectum.* Vetus editio: Et timentem ac tantæ conscientie tabe confectum. quod inter illius, alias optimæ editionis culpas computamus.

CASAUBONUS.

3. *Equo sedere iussit.* Sedere pro egresso ut ad Hadrianum. Imp. Valentinianus Rufino: excellentia tua ita bis sedentium equorum potestatem datam esse cognoscat.

SALMASIUS.

4. *Quumque post duas mansiones.* Mansiones, id est, adiazas, vel mutationes, ut posterior aetas usurpavit.

rium, & mori paratum, dimisit: commendatumque militibus à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus diu vixit. sed post jussu imperatoris occisus est, quod ille militaris esset & à militibus amatus. Scio vulgum hanc rem quam contexui, Trajani putare: sed neque in vita ejus ad Marius Maximus ita exposuit, neque Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Staius Valens, qui omnem ejus vitam in literas miserunt. Contra autem & Septimius & Acholius, & Encolpius vitæ scriptores, cæterique de hoc talia prædicaverunt: quod ideo addidi, ne quis vulgi magis famam sequeretur, quam historiam quæ rumore utique vulgi verior reperitur. Honores juris gladii nunquam vendi passus est, dicens, *Neesse est ut qui emit, vendat.* *Ego non pa-*

49

tiar

CASAUBONUS.

1 *Jussu imperatoris occisus est.* Non dicit cuius imperatoris jussu. est autem durum de Alexandro accipere: cuius imperium vere dictum *ἀνά-
τολιν* quoniam inepte & sine causa nocentis supplicio clementiæ principis inuri notam dixeris.

4 *Qui omnem ejus vitam.* Non male scribas, qui omnes.

3 *Honores juris gladii.* Ut sunt provinciarum præfidatus. nam his adnatum jus gladii: interdum & legationibus, ut apud Capitolinum in Gordianis. Sed de istis adi ad Jurisconsultos.

6 *Nunquam vendi passus est.* Imperator Justinianus Novella octava: *ΑΡΧΥΡΟΛΟΓΕΙΝ ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ, ΠΑΣΗΣ ΕΣΤΙ ΠΟΝΗΡΙΑΣ ΔΡΟΟΜΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΕΡΑΣ.*

GRUTERUS.

3 *Et à militibus amatus.* Nescio quid sibi velit Pal. in quo, & à militibus occisus *ἔσσι*. putaverim esse sphalma scribz.

SALMASIUS.

2 *Quod ille militaris esset & à militi-*

bus amatus. Non possum me hinc extricare. incertum de quo imperatore hæc dicantur. cum alium nullum nominet, de Alexandro utique accipiendum esset. nonnulla tamen sunt quæ Alexandrum heic intelligi ventent. Palatinus ita hæc concipit: *sed post jussu imperatoris occisus est, quod ille militaris esset, & à militibus occisus est.* mera balbuties & stribligo. quis autem ille militaris? an imperator, an Ovinus? de isto non potest hoc dici. quem delicatissimum fuisse supra tradidit. de imperatore ipso nihilo magis. nisi nimis audax facinus posset videri, sic optime posset heic locus concinnari, rejectis omnibus, quæ sententiam turbant: *commendatumque militibus, à quibus Alexander unice amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus diu vixit, sed post injussu imperatoris, à militibus occisus est.*

4 *Qui omnem ejus vitam in literas miserunt.* Omnino scribendum: *qui omnes ejus vitam in literas miserunt.*

7 *Ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum.* Nihil magnum aut mirandum dicit hoc Ioco Alexander: non posse damnare, eos

R. x. s. quos

tiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possim. Erubescō enim punire illum hominem qui emit & vendit. ¹ Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit, ² ita ut in senatu allegerentur. ³ Dexippus dixit uxorem eum ⁴ cujusdam Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo Cæsarem nuncupatum.

quos patiat. qui quem enim patitur, non damnat; at qui damnat non patitur. insignis hic locus de potestatum mercimonio, sed insigniter inquinatus. quod ego semper cum essem suspicatus, suspicionem meam mihi veram esse ostenderunt optimi libri, in quibus ita scriptum offendi: Ego non patiar mercatores potestatum: quos si pariant damnare non possim. quod auctor primæ editionis paulum interpolavit, sic tamen, ut appareat, eandem in suis scripturam reperisse: habet enim illa editio: & eos quos si pariant. omnino legendum & distinguendum: necesse est, qui emit, vendat. ego non patiar mercatores potestatum: quos, si pariant, damnare non possim. erubescō enim punire illum hominem, qui emit, & vendit. locum autem idcirco totum adscripsi, ut dilucidior esset. Alexander hanc rationem habuisse se refert, quare non venderet honores & potestates, quod omnino qui emit aliquid, id necesse habet, ut vendat. quomodo, inquiebat, potero damnare, quibus potestatem aliquam vendidero, si pariet, hoc est si paria faciat, id est si itidem vendiderit, ut emit? id enim pariare significat. quod notius est, quam ut pluribus sit necesse explicare. unde pariare debitor dicitur creditoribus, qui paria illi facit, vel satisfacit. honorem igitur, vel officium, ut vulgo appellamus, qui vendit, quod emerat prius à principe, nonne pariat? hos igitur potestatum mercatores pati se nolle dicebat optimus imperator, quos, si pariant, damnare jure non possiet, id est, si venderent, quod emerant.

CASAUBONUS.

¹ Pontificatus & quindecimviratus & auguratus codicillares fecit. Beneficium sui fecit, ut sacerdotia missis codicillis deferret pro arbitrio. & iudicio suo olim sacerdotia donabat populus: deinde senatus. idque jus sæpe variavit.

² Ita ut in senatu allegerentur. Senatium.

³ Dexippus dicit. Atheniensis durus strenuus idemque rhetor, & historicus scriptor: cujus ductu victos Gothos cum vastarent Achaïam, & Athenas perissent, narrat Pollio in Galienis. descripsit historiam suorum temporum, orsus ab Alexandro Severo ad finem Claudii & initia Aureliani. Dicitur esse Erennius Dexippus, auctore Suida. ejus sæpe meminit Georgius Monachus. Vidimus olim excerpta quadam ex illius historiis in altero tomo Περὶ Γεωργίας, quem à Fulvio Ursino non editum, edit nunc Augustæ Vindelicorum David Hoeschelus, vir optimus, & bono Reipublicæ natus.

GRUTERUS.

² Ita ut in senatu allegerentur. Allatoritur sententia ex scriptura exemplaris Pal. in quo, allegerentur.

⁴ Cujusdam Martiani filiam. Sic & Palatinus noster.

SALMASIUS.

⁴ Cujusdam Martiani filiam. Cujusdam Martiani filiam. ita Pal. & mox, Martiani: quum vellet occidere infideli Alexandrum Macrinum.

I Petrus

tum. ¹ Verum quum vellet insidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, & ipsum interceptum, ² & uxorem abjectam. ³ Idem dicit, fuisse patrum Antoninum Heliogabalum Alexandri, ⁴ non uxoris sororis ejusdem filium. Quum Christiani quendam locum qui publicus fuerat occupassent, contra popinarii dicerent, sibi eum deberi, rescripsit, ⁵ melius esse ut quomocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur. Quum igitur tantus ac talis imperator domi ac foris esset, ⁶ iniit Parthicam expeditionem: quam tanta disciplina, tanta reverentia sui egit, ⁷ ut non milites, sed senatores transire dicerentur. Quocunque iter legiones faciebant, ⁸ tribuni accincti, centurio-

CASAUBONUS.

¹ Verum cum vellet per insidias occidere Alexandrum M.] Tu vero lege Herodianum; qui invidia hujus facti atrocissimi Mammam onerat.

² Et uxorem abjectam.] In Africam relegatam.

³ Idem dicit fuisse patrum.] Scimus hoc falsum: sed vellem extarent Græci Dexippi verba: nam fortasse illa quasi præteriens aut aliud agens legit Lampadius.

⁴ Non uxoris sororis ejusdem filium.] Emendavimus initio hujus libri.

⁶ Iniit Parthicam expeditionem.] Anno imperii XIV. inquit Herodianus: cum annos XIII. rexisset imperium in alta quiete. sed error est in numeris: aut nimis hallucinatur Herodianus. incidit autem expeditio hæc Parthica, vel potius Persica, ut infra dicitur, in annum XII. & XIII. minus hic error in Eusebii Chronico.

⁷ Ut non milites sed senatores transire dicerentur.] Conjunge his quæ paulo post sequuntur de eorum poenis qui de via in alicujus possessionem deflexissent. quæ de re multa in libris juris civilis leguntur. extatque Justiniani integra Novella *ἡ περὶ τῶν ἐπιπληρω-*
των, cxxx.

SALMASIUS.

⁵ Melius esse ut quomocunque illic Deus colatur.] Ut quemadmodumcunque. ita Palatinus & princeps editio.

⁸ Tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant.] Quidam sunt gradus corruptionum: non enim cito aut primo pedatu, ad pessimum venit. ut ecce, ex vitiosa lectione membranarum, quæ hoc loco habent *tribuni aciti, centuriones verecundi*, vitiosorem dederunt primi editores, *tribuni acciti*, mox vitiosissimam recentissimæ quæque editiones ex correctorum ingenio procuderunt, atque hæc est, *accincti*. sed ad fontem ipsum recurramus, vitiique originem, ut facilius tolli possit. scripta ergo lectio, *aciti*, quam minus mendosam, immo emendatissimam feceris addita una litterula: *tribuni taciti, centuriones verecundi, milites amabiles erant*. tribuni plerumque pro imperio clamosi streperique, centuriones impudentes, milites omnibus odiosi. omnia secus in Alexandri exercitu: nam & tribuni taciti, centuriones verecundi, milites omnibus amabiles erant, ita ut non milites, sed Senatores transire viderentur. vulgatam lectionem nemini ferendam, tulerunt hætenus doctis-

turiones verecundi, milites amabiles erant: ipsi vero ob hæc tot & tanta bona provinciales ut deum suspiciebant. Jam vero ipsi milites juvenem imperatorem sic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem: vestiti honeste, calciati etiam ad decorem, armati nobiliter, equis etiam instructi, & ephippiis ac frenis decentibus prorsus, ut Romanam Remp. intelligeret quicumque Alexandri vidisset exercitum. Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, imo ut Macedonem illum vinceret, dicebatque inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum interesse debere. ³ Fecerat denique sibi argyroaspidas & chrysoaspidas: ⁴ fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos *phalangarios* vocari jusserat, & ⁵ cum quibus mul-

doctissimi viri, nec illi status controversiam moverunt; quod miror.

GRUTERVS.

¹ *Ipsum vero ob hæc tot & tanta bona provinciales ut Deum suspiciebant.* Nihilopejus retrovulgatum, suscipiebant, quod & in Palatino.

CASAUBONUS.

² *Provinciales ut deum suscipiebant.] Operarum error, pro suscipiebant.*

³ *Fecerat denique sibi argyroaspidas & chrysoaspidas.] Imitatione Alexandri. Athenæus, & qui res illius descripserunt. notat & Julius Pollux *ἄργυροασπίδας* & *χρυσόασπίδας* Macedonia esse nomina vel *πίδα*.*

⁴ *Fecerat & Phalangem.] Et hoc imitatione Alexandri. præter Græcos Suetonius libro vi. capite xix. & supra in Caracallo.*

⁵ *Cum quibus multum fecit in Perside.] Eruditissimus vir Petrus Faber multum fecit, interpretabatur hoc loco, multum temporis consumsit. nam apud Jurisconsultos *τὸ facere*, pro morari & habitare sæpe accipitur. & ita Græcos quoque recentiores *ποσὴν χρόνον*, pro *ἄνευ χρόνου* sæpe dicere, olim monebamus. Sed*

aliter hic *τὸ facere* accipiendum. sicut paulo post: *cum Alexander sedem suam verisaretur, manu plurimum fecit.* Vinnius epist. xix. libri quinti: *ars et quasi inscriptio comædas, in qua plurimum facit.* sic accipiendum libro vi. ep. xvii. *equidem omnes qui admodum in studiis faciunt, venerari etiam nunc quoque soleo.*

SALMASIUS.

⁵ *Et cum quibus multum fecit in Perside.] Legitur in prima editione: Et cum quibus multum fecit iter in Perside. Sed illud iter interjectum patet ab eo qui hoc genus loquendi minime intelligeret, multum fecit. multum facere autem nihil aliud est quam fortiter agere, & multa fortia facta in bello edere. multa facere & multum dicebant. sic in Maximinis, multa ostendere, pro eodem posuit: *eratque in armis ipse magnus, exercitio & corpore multa semper ostendens.* dixere etiam recentiores, multa arma facere, & arma facere, & multum armorum facere. sic paulo antiquiores Galli nostri dicebant, *faire armes, faire beaucoup d'armes*, pro multa fortia facta in armis edere. Hinc etiam *alta facta armis* vulgo dicimus. Græci *ἄνευ χρόνου**

multum fecit in Perside: quæ quidem erat ex sex legionibus similium armorum, stipendiorum vero post Persicum bellum majorum. Dona regia in templis ⁵¹ posuit: gemmas sibi oblatas vendidit, muliebri esse existimans gemmas possidere, quæ neque militi dari possint, neque à viro haberi. Quum quidam legatus uniones duos uxori ejus per ipsum obtulisset magni ponderis & inusitata mensuræ, vendi eos jussit: qui quum pretium non invenirent, ne exemplum malum regina nasceretur, si eo uteretur quod emi non possent, inauribus Veneris eos dicavit. Ulpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente, quem sæpe à militum ira objectu purpuræ

ἐπὶ τὴν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπιπέσει. Ἄγεσι-
 λους: πρὸς ποταμὸν τῆς Ἀσίας κατεστρε-
 ψάμεθα, καὶ τῆς βαρβαρῶν ἐλάσ-
 τήρας, καὶ ἐν τῷ Ἰωνίᾳ ὅσα ἐποίη-
 ταις πλάττει. multa arma fecimus.
 vetus Romanense manuscriptum:
 Antani que Roland fist d' armes à Ron-
 cevaux.
 Græca etiam possunt aliter exponi.

GRUTERVS.

1 Quem sæpe à militum ira, objectu
 purpuræ summæ defendit. Illud pur-
 puræ summæ, non est scrupulose tra-
 bendum ad partem vestis extremam,
 seu togæ laciuiam; sed simpliciter
 caputem pro veste Imperatoris,
 immo pro ipso Imperatore, qui scili-
 cet interventu suo aliquoties mili-
 tum laniantem subtraxerit Ulpianum.

CASAVBONVS.

1 Quem sæpe à militum ira objectu
 purpuræ summæ defendit. Sic apud Sue-
 tonium lib. primo, capite xiv. toga
 protecta protegitur Casar. apud Ammia-
 num libro xxi. Julianus Nebridium
 militum gladiis appetitum, paluda-
 mento protegit. apud Dionem Ca-
 saracallus Gilonem χλαμυδὶ περιεβα-
 λων, id est, objectu paludamenti si-
 mili periculo eximit. Πρηγνὰ σιντα

hic dicitur, quæ in summa sive ex-
 trema veste fuit prætexta. vel pro la-
 cinia togæ extrema accipitur. Sæpe
 autem Ulpianum ab ira militum ob-
 jectum purpuræ imperatoris fuisse de-
 fensum scribens Lampridius, obiter
 significat defendi tandem eum non
 potuisse. quod confirmat Dio: no-
 cturnis prætorianorum insidiis ap-
 petitum narrans, & tandem occisum;
 cum nihil ei neque Alexander neque
 Maximæ ad quos confugerat pro-
 fuissent. Georgius Monachus inco-
 ram imperatore occisum scribit, cum
 licentiæ militari fortius resisteret.
 sed Heliogabalum perperam nomi-
 nat pro Alexandro, καὶ ἡγεῖς Ηλιο-
 γάβαλον, ait, Ὁ δὲ πρῶτος ἦ νομοθέ-
 τος τῆς γνώμης, σφόδρα δὲ σπαρακτικῆς
 ἀπαξίας ἀντηρόμενος. διὸ καὶ ἀνηρέθη
 ἡ βασιλεία οὐρανῶν. Sed admissi
 sceleris subiit mox prætorianorum
 animos pœnitentia simul & pudor:
 ut libenter in eos sævirent, qui eadis
 hujus memoriam frequentarent.
 Atque hanc arbitramur causam esse,
 cur de morte Ulpiani ita scribat Athe-
 næus amicus illius & studiosum, ut
 puto, socius, libro xv. καὶ μετ' ἑπο-
 λῶν ἡμέρας πᾶσαι αὐτῶν σιωπῆν καὶ
 μαντὸς ἀσάμην ἀπέθανεν ἄτυχός τε
 ἔδεινα

ræ summæ defendit : atque ideo summus imperator fuit, quod ejus consiliis præcipue Remp. rexit. In procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit atque cœnavit, quum militarem cibum cunctis videntibus atque gaudentibus sumeret, circumiret prope tota tentoria, à signis abesse neminem pateretur. Si quis de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subjiciebatur

ἔδεναι κρηθὴν νόσῳ. ὡς Ἰσίδωρος, πολλὰ δὲ λυπηθεὶς ἡμῶς τὰς ἐπιλήψεις. videtur occisum negare, sed morte sua obiisse, cum ὀνυχῶς fato functum scribit : sed eadem innuit cum subjicit, sine morbo esse mortuum : quod tamen ita dicit, ut putet qui nesciat patratam eadem, in parte felicitatis ab illo hoc quoque positum.

1 Apertis papilionibus.] Iterum infra in narratione cædis. sic Hadrianus & alii.

SALMASTUS.

2 Aut fustibus subjiciebatur in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi.] Quid appellat heic condemnationem? volunt esse pecuniariam multam. sed nescio an huic interpretationi assensum commodare debeam, adeo multa sunt quæ me assentiri prohibeant. condemnatio generale verbum quo exilium, relegatio, deportatio, damnatio ad ludum, ad bestias, ad opus, ad metallum, & reliqua poenarum genera continentur : at condemnationem de pecuniaria multa absolute dictum nondum legi. condemnationem paulo supra dixit, peculatus & pecuniarum repetundarum, & superius condemnationem de poena falsi dixit. heic vero de poena aliqua militari condemnationem usurpavit. sed qualis illa sit videamus. dicit pro qualitate loci eos qui in alicujus possessionem deflexissent, aut fustibus subjectos, aut virgis, aut condemnationi. videtur à minoribus ad majorem ascendisse.

condemnationem igitur heic graviter esse putandum est, fustium ictu & virgarum castigatione. at fustium ictus gravior est quam pecuniaria damnatio. leg. in servorum. Dig. de poenis. nunc restat querendum utrum gravior fuerit, fustium admonitio, an castigatio virgarum. non dubium quin ex hoc loco probari possit virgas esse graviores fustibus. nam fustes, ut leviores prius posuit. Cujus argumentum legis unica Cod. de emendatione servorum, probari patet virgam esse minus quam fustem. sancit illa lex nullum domino criminis metum esse sustinendum si servus ejus quem virgis aut lotis adhiberit aut custodia causa in vincula conjecerat, mortuus sit, sed tunc reum esse homicidii dominum si eum vel ictu fustis occiderit, aut lapidis, vel telo usus letale vulnus infixerit, aut præcipitaverit, aut suspendi fecerit. verum ex hac lege nullo modo colligi posse puto graviolem esse fustium poenam, quam virgarum. nulla etiam ibi comparatio instituitur fustis aut virgæ. dominus qui servum loris aut virgis cædit, aut in vincula conjicit, non animo occidendi eum hoc facit, sed castigandi aut custodiendi, ideoque servo mortuorum dierum distinctione depulsa nullam poenam dominus ex ejus morte incurrit. si vero vel ictu fustis, vel lapidis, aut telo eum occiderit, non jam castigandi animo hoc facit, sed occidendi voluntate. ideoque homicidii reus est. flagella, virgæ, lora, servi-

in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi: aut si hæc omnia transfret dignitas hominis, aut gravissimis contumeliis, quum diceret, *Visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?* Clamabatque sæpius quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat, & tenebat: idque per præconem quum aliquem emendaret, dici jubebat, **QUOD TIBI FIERI NON VIS, AL-**

TERI

teriles sunt castigationes. hinc virgines & lorarii apud cômicos cotendendis servis. virgidea apud plantum, & ulmea virgæ in servulorum tergo lusitantes. fustium igitur castigatio minor, quam aut virgarum aut flagellorum aut lororum verberatio. liberi sed tenuiores homines fustibus cadebantur, leg. capitalium. D. de pœnis. & Jurisconsultus in pœnarum enumeratione quæ coercitionem corporis habent, à fustium admonitione tanquam à leviore incipit: deinde flagellorum castigationem, & verberationem vinculorum infert. ubi vincula sunt loca flagellorum autem nomine pleuraque etiam virgæ intelliguntur, & virgarum flagella. nam in arboribus & vitibus etiam flagella vocantur exiles & tenues virgæ quæ in summitate lascivunt. virgæ tamen etiam aliquando pro fustibus. sed de his alibi. hoc in loco fustes à virgis distinguit, & fustes priores posuit tanquam leviores, mox virgas tanquam graviores, deinde condemnationem quasi gravissimam. excepto capitis supplicio nulla major inter militares pœnas quam militiæ mutatio, aut gradus dejectio. nam quibus capitis remittebatur, hi militiam mutabant, aut gradu depellebantur. condemnationem igitur hæc aut in ultimam locum detractionem, aut militiæ mutationem accipere possumus. notanda verba Lampridii quibus dicit hos milites pro qualitate loci, aut fustibus subjectos aut condemnationi. & fustibus quidem aut virgis subjectos censo, qui in infimo gradu

militabant: gradu vero pulsos, qui alicujus essent in militia loci. hinc illa D. de re militari, de militum pœnis: *pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militia dejectur. item alio loco: qui agmen excessit ex causa, vel fustibus ceditur, vel mutare militiam solet.* & apud Rufum de pœnis militaribus: *qui statione sua decesserit in pugna, aut fustibus ceditur, qui militiam mutat. idem alibi: miles qui militiam suam deserit, aut flagris ceditur, aut militia sua movetur.* si quis tamen hæc malit condemnationem, pro pecuniari damnatione accipere, judicium suum sequatur.

CASAUBONUS.

1 *Aut condemnationi.] Multam pecuniariam xvijs condemnationem vocat.*

2 *Aut si hæc omnia transfret dignitas hominis.] Supra, si ejus dignitas graviori subiacere non possit injuriæ.*

3 *Clamabat sæpius.] Membranz, Inclamabat s.*

4 *Quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat.] Puto à Christianis: quorum in ore scriptisque frequens sententia, ex Matthæi Evangelio capite septimo, & Luca sexto.*

GRUTERYS.

3 *Clamabatque sæpius, &c.] Sic quoque Palat. non Inclamabatque; quod tamen minime huc impertinens.*

CASAUBONUS.

5 *QUOD TIBI FIERI NON VIS, AL- TERI NE FECERIS.] Totidem verbis hoc præceptum concipi solet etiam*

in

ut eam pasceret. Et quum dolerent hoc milites factum, persuasit omnibus, ut modeste ferrent, & eos terruit. *Ἀναιμύλον* imperium ejus, quum fuerit durus & terribilis, idcirco vocatum est, quod senatorum nullum occiderit, ut Herodianus Græcus scriptor refert in libris temporum suorum. Severitatis autem tantæ fuit in milites, ut sæpe legiones integras exautoraverit, ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit, idcirco quod in vitam suam dici nihil posset quod unquam tribuni vel duces de stipendiis militum quicquam accepissent, dicens, *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zonula*: idcirco quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocaret armatum. ⁴ Apparitores

videtur. & carpenta quidem à carpentis & scindendis lignis ex quibus conficiebantur, dicta esse nemo ambigit. hinc carpentarios, vulgo appellamus carpentarios fabros, & qui ligna carpunt, scindunt, quadrant & aprant ad ædificandum. Willelmus in libris de bello sacro militem nescio quem Carpentarium cognomen habuisse refert, quod multum factum ex hostibus faceret, & lignarii fabri more, qua cædendo qua obruncando quidquid in manus veniret, multum ferro veteretur.

CASAUBONUS.

¹ *Ἀναιμύλον* imperium ejus, cum fuerit durus & terribilis. Hoc jam antè dictum & refutatum: sed levi argumento aut potius nullo. Erat hæc solennis gloriatio bonorum præsidum provinciarum; quod fuisset eorum administratione *ἀναιμύλον*. Ambrosius epistola lxxvii. Scio plerosque gentiliū gloriari solitos, quod incruentam de administratione provinciali securim revexerint. est & principum elogium, sed optimi tantum cuiusque, ut Pii, de quo Capitolinus: solus omnium prope principum procius sine civili sanguine & hostili, quatuor ad seipsum pertinet, visit. Pii

igitur verè *ἀναιμύλον* imperium: Alexandri autem alio sensu sine sanguine dictum: nullo respectu sanguinis hostilis, qui multus per eum fusus; neque sceleratorum qui justas dederunt poenas: sed tantum infantium & bonorum; è quo numero per Alexandrum periit nemo. hoc voluit Herodianus, duobus locis, quæ antè attulimus. sed Lampridius cum addit, quod *senatorem nullum occiderit, ut Herodianus Græcus scriptor refert, legisse apud Herodianum videtur: eis πῶς ἀρεσκασθῆναι ἐλάσας τὸ βασιλείας ἔχειν, ἀναιμύλον ἦρξεν. ἐδὲ πρὸς εἰπεῖν ἕξ τῶν ἐκείνου βασιλευσσι φησὶ δὲν ἔχειν.* hodie abest à nostris codicibus vox *βασιλευσσι*: quam ne Herodianum quidem pro sua puto fuisse agniturum.

² Ex militibus Quirites appellans.] Suetonius in Julio capite lxx. Quirites eos pro militibus appellarat. eadem Polyænus atque alii.

³ Miles non timet nisi vestitus.] Lucanus libro xi. nescit plebes jejuna timere.

⁴ Apparitores denique nullos esse passus.] Scribe sic hanc periodum. Apparitores denique nullos esse passus est tribunis

ritores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus, nisi milites anteire voluit: iussitque ut ante tribunal quatuor milites ambularent; ante ducem, sex; ante legatum, decem: ¹ hique ad domos suas recipere-
 53 perentur. Et ut severitas ejus agnosci posset, unam concionem militarem indendam putavi, ² quæ illius in rem militarem mores ostenderet. Nam quum Antiochiam venisset, ac milites lavacris mulibribus & deliciis vacarent, eique nuntiatum esset, omnes eos comprehendi iussit, & in vincula conjici. Quod ubi compertum est, mota seditio est à legione ³ cujus socii erant in vincula coniecti. Tum ille tribunal ascendit, vinculisque omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus etiam militibus, & quidem armatis, ita cepit:
⁴ *Commilitones, si tamen ista vobis quæ à vestris facta sunt*

aut ducibus: neque eis nisi milites anteire voluit.

GRUTERUS.

⁴ *Apparitores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus, nisi milites, anteire voluit: iussitque ut ante tribunal, &c.*] Palatinus brevius: aut ducibus milites, iussitque ut ante trib. ut forte illa distinctio tenenda sit, abjecto tamen præterea verbo, milites.

SALMASIUS.

⁴ *Apparitores denique nullos esse passus est: tribunis aut ducibus nisi milites anteire voluit.*] Refringenda hæc periodus ad modulum quem præscribit vetus Palatinus hoc modo: apparitores denique nullos esse passus est tribunis aut ducibus nisi milites, iussitque ut ante tribunal quatuor milites, &c. nec plus in hac correctione nobis licere volumus quam ut nisi de nostro adderemus, cetera hausimus ex optimo codice.

¹ *Hique ad domos suas recipere-ntur.*] Nihil mutant libri scripti. prima tamen editio legit: *hique ad domos suas recipere-nt*, longe alio sensu, & nisi

fallor, falso. voluit enim Alexander, ut milites illi, qui tribunis, ducibus, legatis apparebant, apparitionis officio peracto, ad domos suas recipere-ntur, nec hærent in ministerio ducum aut Tribunalorum, nisi solum ad apparendi officium. posset legi: ad domos suas se recipere-nt.

² *Quæ illius in rem militarem mores ostenderet.*] In re militari mores ostenderet. Adhæsit enim littera *re*, in utroque verbo, ex initio sequentium distinctio.

GRUTERUS.

³ *Cujus socii erant in vincula coniecti.*] Purior esset oratio, si abjicerentur tres voces à fine, in vincula coniecti.

CASAUBONUS.

⁴ *Commilitones, si tamen ista vobis quæ à vestris facta sunt displicent.*] Cum disfluens luxu milites appellasset commilitones, ut soliti omnes principes, addit *επιτροπῶν* *Quæ*: quasi dicat, si tamen commilitones, aut omnino milites estis, eaque vobis displicent quæ à vestris facta sunt. nihil hic mandandum.

difficent, disciplina majorum Remp. tenet: 'qua si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt qua sub impura illa bestia nuper facta sunt. Milites Romani, vestri socii, mei contubernales & commilitones, ² amant, potant, ³ lavant. ⁴ Gracorum more etiam quidam se instituunt: hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est. Atque iterum, ⁵ Quin continetis vocem in bello contra hostem non contra impe-

SALMASIUS.

¹ *Quae si dilabatur & nomen Romanum & imperium amittemus.* Melius, ut omnes libri habent, scribere: disciplina majorum Remp. tenet: quae si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus, vel, quae si dilabatur.

² *Amant, potant, lavant, Gracorum more etiam quidam se instituunt.* Gracorum hic erat mos, amare, potare, lavare: quinam igitur praeter illos ad Gracorum morem se instituunt? aut qui mos ille Gracus? vitium hujus loci non vidisse viros doctissimos miror: quod equidem videtam, vel priusquam scriptos codices tetigissem; quorum ope, id etiam sustuli. Illi sic igitur praefurunt: *amant, potant, lavant Gracorum morem & quidem se instituunt.* in promptu est legere: *amant, potant, lavant, Gracorum more & quidem se instituunt, vel: Gracorum morem.* Posset tamen aliter legi, ac distingui, hoc nempe modo: *amant, potant, lavant, Gracorum more, quidem si instituunt, hoc ego diutius feram, & non eos capitali dedam supplicio, insistere contrarium est tunc desistere. & quidem si instituunt, hoc est, si pergunt facere quod faciunt, si non desistunt.* hanc lectionem veram opinor.

³ *Lavant.* Lavacra & balnea militibus interdicta. Polyænus de Scipione corruptam disciplinam in exercitu suo corrigente: *ὄρχουρον ἢ ἐκπαύουσα μὴ ἐξορῆς καὶ λουτρῶν μηδὲνα.* Dionis epitoma de Antonino Cara-

calla qui gregarii militis more modoque vitam agebat: *ἔχοντες ὁμοίως τοῖς ἐπιπέτοις καὶ σωματικῶν, μὴ λατρεῖν ἡρώδου, μὴ τῶν ἐπιπέτων ἀκαταστάτων, ἀλλὰ ἑπὶ τῶν ἐργῶν σωεργαζομένων, καὶ πάντων τοσούτων τῶν ἀπὸ τῶν ἐκείνων ἀπορῶν.* Chryso- stomus in priorem ad Timotheum: *πραπάτης λατρεῖς καὶ ἡρώδου ἀπορῶν καὶ πρᾶγματείας ὡς λιπολακτικῆς καὶ ἐπὶ.*

CASAUBONUS.

⁴ *Gracorum more etiam quidam se instituunt.* Gallicanus in vita Cassii.

⁵ *Quin concione estis, vocem c.* Lege sic hanc periodum, inducto verbo *emittite*, quod in fine positum non agnoscunt libri meliores: *Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra imperatorem vestrum necessariam?* Sic statim, *Continete igitur vocem trunculentam.* sed Alexander, etiam hic imitatus Ciceronem: quem pro Rabinio perduellionis reo orantem, cum interpellasset concionis clamor, ille sediciosos cives increpans, *Quin continetis vocem, inquit, indicem stultitiæ vestrae, testem paucitatis?* ita olim emendavit illustravitque hunc locum Cl. Puteanus, ingenio, judicio, eruditione, atque omnibus animi dotibus instructissimus.

GRUTERUS.

⁵ *Quin continetis vocem in bello contra hostem, non contra Imperatorem vestrum*

SSS 2 necessi-

imperatorem vestrum necessariam? 'certè campiducto-

necessariam.] Emendatio est à libris scriptis aliorum, ut & à Palatinis nostris; quorum literæ omnino eoducunt; neque agnoscunt vocem ultimam quæ annexa vulgatis, hoc modo: *Qui in concione estis vocem in bello contra hostem non contra Imperatorem vestrum necessariam emittite.*

CASAUONUS.

I *Certe campiductores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas.]* Puteani codex, *Campi certè doctores vestri. campiductores sive campidoctores, ὀπλοδιδασκαλοὶ* sunt, qui tironem vera arma docent tractare. ab his disciebant milites & certas voces, ac formulas artis militaris; quales referunt multas & quidem plerasque Latinas Leo imperator & alii qui Thætica Græcè scripserunt. vide Vegetium.

SALMASIUS.

I *Certe campiductores vestri.]* Scribendum heic, *campidoctores.* sic enim optimi libri passim scriptum exhibent. & falluntur doctissimi viri qui à ducendo, non à docendo deducunt. exercitum quidem ducere & ducere dicebant. sed aliud ducis officium, aliud campidoctoris. ducis enim est & ducere & educere in campum exercitum: at campidoctoris docere quæ ad campum pertinent. *Campus* autem locus in quo exercentur milites, sed & in quo prælium committitur. unde & *campo occumbere* qui in prælio occiditur. & *campum colligere victor* dicebatur. vide Vegetium. sic *ad campum exercitum producere* Cypriano est in prælium educere. *campum minari* apud Corippum est bellum denunciare:

*Ergo signa meis Cæsar contraria signis
Ferre parat, lituisque mihi campumque
minatur*

Gens Avarum ni pacta datus?

Inde campiones dicti milites, & iusta-

tores & gladiatores, qui in campo clauso, ut vulgo dicunt, dimicabant. Isidorus: *Campiones, gladiatores.* sed *campus* proprie militum, ut *arena* gladiatorum. Vegetius: *neque in arena aut campus inuictum armis eorum probavit nisi qui diligenter exercitum docebatur ad palmam.* *campum* ad milites, *arenam* ad gladiatores retulit. hæc tamen invicem vertuntur. nam & *arena* *campus* est gladiatorum, & *campus* est *arena* militum. hinc *campiones* gladiatores, vel *arenarii.* *campum pugnae* vulgo dicimus, & *campum* locum castrorum, vel *castra* ipsa. *campidoctores* igitur à docendo non à ducendo dicti. quod & hic locus indicat: *certè campidoctores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos & Persas emittite.* Vegetius: *preterea illo exercitii genere quod armaturam vocant, & à campidoctoribus tractatur, imbuendus est tiro.* sed omnes ibi libri pro à campidoctoribus, uno consentia scriptum exhibent, à primis dicitur scribendum: ab armidoctoribus. paulo post doctores armorum eodem capite eos appellat: *ita autem fecit quod maiores exercitii disciplina servata est, ut & doctores armorum duplicibus nominantur armis.* sed non multum refert utro modo legatur. nam armidoctores & campidoctores iidem. *Glossæ* campidoctorem ὀπλοδιδασκαλοῦ exponunt, & armidoctorem ὀπλοδιδασκαλοῦ. armaturam ab armidoctoribus tradit scribit Vegetius lib. 1. cap. XIII. idem eam sub campidoctore percipi notat. lib. 1. cap. XXII. sed armaturam pro armorum exercitio perperam accepere doctissimi hujus ætatis viri. exercitium armorum proprie dicebatur, quod ense & clypeo fiebat, cujus ars erat in feriendis adversario & se protegendo. de quo satis diximus ad Hadriani vitam. sed & armorum exercitium ad alia etiam potest armorum genera extendi, quibus olim exercebant milites. nam ad

ad omne genus armorum dicuntur
exerceri Vegetio, dum scilicet haste
contorquent, sudem vibrant. jacu-
la sagittasque mittunt, ad palum bat-
tunt. hoc censu armaturæ exerci-
tium apud Vegetium esse sumen-
dam censebat Lipsius, & ex eodem
Vegetio colligi posse non aliud quam
hastium, jaculorum, pilorum, sa-
gittarum missionem sub hoc nomen
venisse immo nihil horum venisse
sub hoc nomen ita palam est ex Ve-
getio, ut valde mirer quomodo po-
nerit eam sententiam ex illo aucto-
re haurire, ex quo contrariam in ea-
dem re cuius colligere facile est. cap.
11. lib. 1. tradit quomodo ad scuta
riminea, vel ad palos antiqui exer-
cuerint tirones. cap. seq. non casum
sed punctim ferire docendos tirones
præcipit. deinde caput tertium deci-
mum interjicit de armaturæ exerci-
tio: capite mox subsequenti, id est
11. ita incipit: *sed ad inceptum rever-
tor. Tiro qui cum clava exercetur ad pa-
lum, &c. redit scilicet ad caput unde-
cimum ubi tractaverat de palaria
exercitatione. caput igitur tertium
decimum quod est de armaturæ exer-
cilio quasi insertum est extra rem in
illius locum ab auctore, nec quic-
quam habet commune cum præce-
dentibus aut sequentibus capitibus,
quibus in omni genere armorum
exercitia tradit. insititio igitur illo
capite de armatura videtur auctor in-
terrupte orationis suæ contextum,
& continuam tractationem quam in-
stituerat de variorum exercitiis ar-
morum, de palaria, de missilibus ja-
ciendis, de sagittis, de lapidibus ja-
ctandis, de plumbatarum exercitio,
idque satis clare ostendit his verbis
quæ initio capitis quarti decimi po-
nitur, statim post caput illud de arma-
tura: *sed ad inceptum revertor.* sed ut
paucis absolvam, armaturam vocat
Vegetius prolesionem & meditatio-
nem campestris quæ in armis & sub
suis fiebat, non secus ac si cum ho-
ste conflegendum esset, in qua pro-
lesione discebatur tiro, & ordines ser-*

vare, & vexillum suum comitari, ad
hastam, ad clypeum declinare, & re-
liquos armaturæ numeros & gestus.
cap. 14. lib. 1. *neque enim parva, aut le-
vis ars videtur armorum sive equitum sive
pedum sagittarium velis imbuere sive scu-
tatum armaturæ numeros omnes, omnesque
gestus docere, ne locum deserat, ne ordines
turbet, ut missile & destinato ictu & ma-
gnis viribus jaciatur, ut fossam ducere, sudes
scienter figere norit.* vides inter arma-
turæ gestus & numeros id solum po-
ni, ne locum deserat miles, ne ordi-
nes turbet: nam reliqua quæ sequun-
tur de missilibus jaciendis & sudibus
figendis & fossis ducendis, ad armo-
rum quidem generalem scientiam &
artem pertinent, non ad armaturam.
prolesionem vocat illud armaturæ
exercitium cap. 11. *& milites qui pa-
rum in illa prolesione profecerant pro fru-
mento bordem cogere tur accipere.* lib. 11.
cap. 23. de eadem armatura lo-
quens: *illud vero majus est quiddam,
ordines servare discunt, & vexillum suum
in tantis permixtionibus in ipsa prolesione
comitantur, nec inter doctos aliquis error
existit, cum multitudinis sit tanta confusio.
campestris meditationem alibi vo-
cat armaturæ artem aperte distinguit
à reliquis armorum exercitiis, cap.
14. lib. 11. præterea centurio eligendus
est magnis viribus & proceca statura, qui
hastas vel missilia perite jaciatur & for-
titer, qui dimicare gladio, & scutum ro-
tare doctissime noverit, qui omnem artem
didicerit armaturæ. non igitur ars illa
fuit armaturæ, missilia perite jacula-
ri, scienter gladio dimicare, & scu-
tum doctè tractare, sed locum in
bello tueri, & ordinem servare, &
vexillum suum comitari. idem lib.
11. cap. 14. armaturam ab illis om-
nibus exercitiis separat: *ad sagittas
jaciendas, ad missilia dirigenda, ad jactan-
dos lapides vel funda vel manu, ad arma-
turæ gestum, ad vinctes per similitudinem
gladiorum, punctim casumque feriendo.
artem armaturæ, militarem artem
idem vocat & artem bellandi: eaque
exhibebatur sub campidoctore in
prolesione campestri, & decursione:**

lib. 1. cap. XIII. *Et milites qui parum in illa proluſione profecerant pro frumento hordeum cogerentur accipere, nec ante eis in tritico redderetur annonæ, quam sub præſentia præfecti legionis, tribunarum vel principum experimentis datis ostendiſſent ſe omnia quæ erant in militari arte compleſſe. Militaris quoque ars Livio dicitur, quam milites exhibebant in decurſibus & proluſionibus illis campeſtribus in quibus ſimulacra pugnæ edebantur. lib. XI. IV. inter cetera, inquit, ſexagem ferme juvenes, interdum plures, ab apparatus ludii armati inducebantur. horum inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat, in parte elegantioris exercitus quam militaris artis, propiorque gladiatorum uſum. geſtus illos & motus & gyros, progreſſiones, reſceſſiones, curſus, reſcurſus varios, permixtionemſque, evolutiones in armis & ſub ſignis factas, armatura geſtus & numeros vocat Vegetius, & exercitium armatura, ipſam proluſionem. hæc omnia autem à campidoctore docebantur qui & totam illam meditationem campeſtrem moderabatur. is junioreſ milites condoceſciebat, in illis proluſionibus & pugnæ ſimulacris, quomodo ordines ſervandi, ſequenda vexilla, in clypeum, in haſtam declinandum, quo pede ſe ab hoſte reciperent, & quemadmodum obverſi adverſariis, & in quanto ſpatio reſiſterent, quo clamore in hoſtem irruendum eſſet. Cicero: quid exercitatio legionum? quid ille curſus, clamor, quanti laboris eſt? de clamore Lampridius hoc loco: quin continetis vocem in bello contra hoſtem, non contra imperatorem neceſſariam? certe campidoctores & ſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos, & Perſas emittere. hi etiam in agmine curabant, ne aliis feſtinantibus, aliis vero tardius ambulantiſ acies interrumpereſtur, aut tenuareſtur: tardius igitur incedentes accelerare compellebant, & nimis alacres, tardius ire cogebant. vide Vegetium libro III. capite VI. campidoctores igitur, quaſi campeſtris artis, & meditationis bellica*

quæ in campo fiebat, doctores idem & armidoctores, quod omnium ſcientiam, & armaturam tradent. armaturam autem & campeſtrem meditationem & proluſionem idem eſſe docuimus. hinc armidoctores, & campidoctores idem, campigenos videtur etiam eos vocare Vegetius lib. II. cap. VII. ubi nomine & gradus principiorum legionis enumerat: campigeni, inquit, hoc eſt anteſignani, ideo ſic nominati quia eorum opus atque virtute exercitii genus eſt ſicut campigenus exercitii quod per illos creſcere in campo dicit, eſt armatura quæ tradebatur à campidoctoribus. campigenos autem inter principia legionis enumerat. nam & alio loco, campidoctores & principia ſimul poſuit: ſingula centuriæ dromedibus campidoctoribus, & principis nec pueri pedituras. anteſignanos autem eos interpretatur, quia campidoctores & reliqua legionis principia ante ſigna paguabant & anteſignani dicebantur, idem lib. II. cap. XV. ſed ante ſigna & circa ſigna, nec non etiam in prima acie dimicantes, principes vocantur, hoc eſt antesignarii ceterique principales. Ammianus & horum campidoctoribus, ut fortium ſuborum anteſignanis poſt civitatis excedentem armatas ſtatuas apud Ediffiam in regione celebri collocari juſſerat. imperator. campidoctores igitur & campigeni idem, & armidoctores multis locis apud Ammianum campidoctores pro campidoctores habetur excuſum. ſed ibi ſemper in libris ſcriptum eſt campidoctores, & ita etiam hoc loco legendum ex libris non campidoctores. campidoctor in antiquis inſcriptionibus ſcribitur. ſcio Græcos qui ſarctica ſcripſerunt, καμπαδοκτωρες dicere, idque impoſuit viris doctis, & perſuaſit, ut crederent ubique ſcribendum in Latinis auctoribus, campidoctores. in quo ſeſellit eos Græculorum in Latinis nominibus, ſed & in ſuis enuntiandiſ conſuetudo. nam modo κλαδίοι, modo κλαδίοι dicunt: & κωδων pro κωδων: λαβίαι pro λαβίαι: κρηκίαι pro κρηκίαι

res vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere; non contra eum qui acceptam à provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam: ¹ & incertum, an Quirites. Non enim digni estis qui vel Romana plebi sitis, si jus Romanum non agnoscitis. ² Et quum vehementius fremere-
 54 rent, ac ferro quoque minarentur, Deponite (inquit) dextras contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit resp. non senatus, non P. R. qui de vobis vindicet. Quum nihilominus post ista fremerent, exclamavit, Quirites, discedite, a que arma deponite. Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam fagulis militaribus, ⁶ omnes non ad castra sed ad diversoria varia recesserunt ⁷ Tunque primum intellectum est

quan-

τα pro κωνάντια, & infinita ejul-
 cendi. sic κωνάντια & κωνάντια illis sunt
 qui Latinis campidoctores.

CASAUBONUS.

¹ Et incertum an Quirites.] Nam ignavi, ut qui non respondebant ad delectum, aut murci qui pollices sibi percoidebant ut fierent militia inhabiles, item σιψάωνιδες, aut qui similia flagitia admittebant, gravissime puniebantur, atque interdum vā-
 5 undabantur, ut est apud Suet. in Otavio.

⁵ Qui de vobis vindicet.] Lege ex membranis, qui me de vobis vindicet.

⁶ Omnes non ad castra, sed ad diversoria varia recesserunt.] Exauctoratis & missione ignominiosa missis, neque in Urbe, neque alibi ubi imperator est, morari licebat. auctor Ulpianus lege secunda De his qui not. inf. & ex Ulpiano Modestinus lege VIII. De excusat. Sed potest dubitari an hæc exauctoratio per vocem QUIRITES facta, missa legioni ignominie no-

tam inusserit. nam ita demum ignominiosa missio erat, inquit Ulpianus, cum is qui mittebat, addebat nominatim, IGNOMINIE CAUSSA SEMIT-
 TERE.

SALMASIVS.

² Et cum vehementius fremerent ac ferro quoque minarentur.] Fremere & minaretur in prima editione: quod ad concionem retulit ille quisquis est qui primus mutandum id putavit.

³ Dextras contra hostem erigendas si fortes estis.] Si fortes sitis, Palatinus & vetus editio.

⁴ Non P. R. qui de vobis vindicet.] Scribe ex Palatino: non P. R. qui me de vobis vindicet. nam illud me omnino heic necessarium.

⁷ Tunque primum intellectum est.] Vetus editio: tunque privatim intellectum est. vitiose.

GRUTERUS.

⁵ Qui me de vobis vindicet.] Sic Pal. prius aberat pronomen me.

⁷ Tunque primum intellectum est.

quantum ejus severitas posset. Denique etiam signa
stipatores & ii qui imperatorem circundederant, in ca-
stra retulerunt, arma collecta populus ad Palatium tu-
lit: eam tamen legionem quam exautoravit, roga-
tus post dies xxx. priusquam ad expeditionem Persi-
cam proficisceretur, loco suo restituit, eaque pugnan-
te maxime, vicit: quum tamen tribunos ejus capita-
li affecerit supplicio, quod per negligentiam illorum
milites apud Daphnen luxuriati essent, vel per conni-

quantum ejus severitas posset.] Pal. Tunc-
que privatim. an fuit? privatim, pro
singulariter ac speciatim.

1 Rogatus post dies triginta, priusquam,
&c.] Sic noster Pal. sic aliorum mss.
non ut publicati, per.

CASAUBONUS.

1 Rogatus per dies xxx.] Membra-
na, post dies xxx.

SALMASIUS.

1 Rogatus per dies triginta.] Omni-
no scribendum: rogatus post dies tri-
ginta priusquam ad expeditionem Persicam
proficisceretur. ab exautoratione e-
nim illius legionis triginta dies ef-
fluxere, post quos rogatus eam suo
loco restituit. sic Palatinus habuit
scriptum, nec aliter excusum legitur
in veteri editione. mirum tam pu-
sillam mendam, tamdiu heic habuisse.

2 Vel per coniventiam.] Vetus edi-
tio: combentiam. pro combentiam. semel
heic dicam, *cobibentiam* vel *combibentiam*
fere semper scriptum reperiri in anti-
quis libris. optimæ Glossæ: *cobibentia*,
ραθυρεία, στωρχη. sic & *cobibere*, pro
conivere. eadem Glossæ: *cobibet*, *καμε-
μύς, καλαμύς, στωρχη, ραθυρεία*. quod
peccatum putant vel auctoris vel li-
brarii esse, viri doctissimi. sed fallun-
tur. reperitur enim *cobibere* hac signi-
ficatione etiam apud Calpurnium
Ecloga iv.

Jam puerum calamos & odora vincula
eera

Jungere jam cobibes, lenibus quem saepe
cicubis

Ludere conantem utuisti fronte parva
ubi *cobibere* manifesto pro *permittere*
& indulgere posuit. sic *cobibentia*
Cod. Theod. lib. x. tit. xx. leg. x. ubi
de cetero sciatur repetendi facultatem, sicut
etiam sui *cobibentia*, perdidisse. ita enim ibi
legendum. idem libro ix. tit. xi.
quod si quisquam post judicium *cobibentia*
licentia huic praestiterit *affertionem*,
hanc *locia* sustinebit. à *coeo*, *coevus*: ut ab
ineo, *inivus*: à *vaco* *vacivus*. intercedit
aspiratione etiam *cobivum* dixerunt pro
coivum, ut *coherere* pro *concerere*, & *cobibere*
pro *coicere*. Glossæ: *cobitit*, *κα-
λαμύς, ἐμβόλιος*. hinc *cobivum* Glossæ
interpretantur *rosa calycem*, qui ad-
huc *coit*, nec dum apertus est. *cobivum*,
καλαμύς, ῥόδα μεμυκός. pro *cobivum* per-
to, *conivum* etiam dixerunt. ut *concerere*,
& *coicere*: *conire*, & *coire*. Glossæ: *conit*,
coit. alia Glossæ: *conivum*, *καλαμύς, ῥόδα
μεμυκός*. hinc *conivulus* diminuti-
vum. Festus: *conivula*, *occulta*. Isido-
rus in Glossis *conivolos* *concordes* &
junctos interpretatur. Glossæ veteres
manuscriptæ: *conibuli*, *concordes*, *juncti*
eadem: *conjugia*, *conibulus*, *comparative*. à
conivus igitur, verbum *conivoo* quod est
καλαμύς: ut à *cobivus*, *cobivoo*, pro quo
littera mutata corrupte dixerunt *cobibee*.
sic enim *conibulus* pro *conivulus* scri-
psere, & *conibulus* pro *cobivulus*. Isido-
rus: *cobibuli*, *concordes*, *conjuncti*. ita &
cobibee pro *cobivoo*: & *cobibentia* pro
cobiventia. & cum secunda in *conivoo*
& *cobivoo* produci deberet, quæ in di-
ctionibus *conivus* & *cobivus* utique
produciuntur, mediam tamen in *cobibee*
pro

ventiam seditionem fecissent exercitus. Magno igitur 55
 apparatu inde in Persas profectus, Artaxerxem re-
 gem potentissimum vicit, quum ipse Alexander cor-
 nuā adiret, milites admoneret, sub ictu teli versaretur,
 manu plurimum faceret, singulos quoque milites
 ad laudem verqis adduceret. Fuso denique fugatoque
 tanto

pro *cohibere* corripuit Calpurnius, quasi
 a verbo *habeo* esset compositum. Glos-
 sa: *cohibet*, καὶ ἔχει, συνίχθ. sed hæc
 grammaticis discutienda relinqua-
 mus.

CASAUBONUS.

1 In Persas profectus, Artaxerxem re-
 gem potentissimum vicit.] Minime vero
 vicit: quin potius ab eo victus est:
 fuitque toto eo bello infelicissimus
 Alexander. ita Herodianus: cujus
 dissentium ab aliis in hujus belli hi-
 storia postea notam Lampridius. Hic
 autem est Artaxerxes qui devicto &
 scisso Artabano rege Parthorum ul-
 timo, primus antiquum Persarum in
 Oriente imperium renovavit, impe-
 rante Romanis Alexandro Mammæ-
 zæ. multa de hoc & regni hujus
 initio Herodianus libro sexto, Aga-
 thias historia quarta, & Georgius
 Monachus in Alexandri hujus tem-
 poribus. Ab isto Artaxerxe, vel, ut
 nominatur Agathia, Artaxare, Chof-
 rox genus ortum, inquit Georgius.
 sic autem dicti sunt vel nomine vel
 cognomine plerique omnes reges
 Persici hujus imperii, ut & Parthici
 ante nonnulli. Duravit institutum
 ab Artaxerxe regnum ab anno quarto
 Alexandri, qui fuit a reparata salute
 cccxvi. ad annum dominicum
 ccxxxii. quo anno rex Persarum
 Jezdegird ab Ochman filio Ophan
 Scenitarum Arabum Amiran victus
 est atque interfectus. hic rex Græcis
 scriptoribus quibusdam nominatur
 Γασδαρξίδης Σαρπέν Ματρί βασι-
 λός Περσών. Georgius Chryllococ-
 cus medicus in commentario de an-
 na Persico vocat Γασδαρξίδην Σα-

είας, id est Sirois filium, quem Ara-
 bes Schehariat dicant, ut docuit Jo-
 sephus Scaliger in tertio De emenda-
 tione. Georgio Monacho dicitur hic
 Αδείρης. & Anastasio quoque Adefir,
 voce mirum quantum corrupta. idem
 Georgius non istum ultimum Persa-
 rum regem facit, sed Hormisdam:
 inter quem & Adefir interponunt
 alii reges duos Sarabarzam & Varra-
 ranem octavum. Scriptores Græci &
 Latini qui ante Alexandri Mammæz
 tempora Persarum nomen pro Par-
 thorum nomine usurpant, caute sunt
 legendi. sic autem multi sunt locuti:
 etiam in his libris sæpe.

2 Cum ipse Alexander cornua adiret.]
 Pugnat cum his pugnam εὐωνόων
 historia Herodiani: qui Alexandrum
 suis defuisse tradit, vel metu, vel mo-
 nitis Mammæz matris: quæ, inquit,
 γυναικεία δειλία ἢ ὑπερβαλέου
 φιλοτεκνία ἤ μεθώων αὐτῆ τὰς πατρὸς
 ἀνδρείων ὄρησιν, πείθουσι δὲ ἄλλους
 ὑπὲρ αὐτῆ κινδυνώειν, ἀλλὰ μὴ αὐ-
 τὸν ὠρῶν τήσδε. sed fatetur auctor
 hic se in hac historia eos secutum,
 qui contraria Herodiano scripserant.

SALMASIUS.

3 Sub ictu teli versaretur.] Aliter hæc
 locutione, sub ictu, utuntur illius ata-
 tis scriptores, ut cum dicunt, sub ictu
 mortis, quibus verbis temporis mo-
 mentum designant, quo mors excipi-
 tur. in Palatino legitur hoc loco:
 sub ictu teli. puto legendum: sub ictu
 teli versaretur. eadem, aut non multum
 abfimilis locutio apud primos &
 optimos, auctores, intra teli ictum

tanto rege, qui cum septingentis elephantis, ¹ falcatisque mille & octingentis curribus ad bellum venerat, equitum multis millibus, statim Antiochiam rediit, & de præda quam Persis diripuit, suum ditavit exercitum: quum & tribunos ea quæ per vicos diripuerant, & duces & ipsos milites habere iussisset. Tumque primum Persæ servi apud Romanos fuerunt: quos quidem, quia indigne ferunt Persarum reges ² quempiam suorum alicui servire, acceptis pretiis reddidit: pretiumque vel iis qui manu ceperant servos dedit, vel in ⁵⁶ ærarium contulit. Post hoc Romam venit, triumphoque pulcherrimo acto, apud senatum primum hæc verba habuit. Ex actis senatus die septimo Kal. Octobris. ⁴ Persas P. C. vicimus. ³ longa eloquentia opus non est, tantum scire debetis qua illorum arma fuerint, qui apparatus. Jam primum elephantum septingenti: iidemque iurati cum sagittariis & onere sagittarum. ⁶ Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti jacent, decem & octo perduximus.

confidere, non etiam intra telicolum dicentes.

¹ Falcatisque mille & octingentis curribus.] Infra tamen in oratione Alexandri mille tantum ponuntur: falcatis curvus mille, nisi sit tibi numeri nota ad hunc modulum restituenda, quod non caret dubitatione.

² Quempiam suorum alicui servire.] V. ed. alicubi servire. sed nos editam præferimus.

CASAUBONUS.

³ Post hoc Romam venit.] Et hoc falsum, si constat fides historiae Herodiani.

⁴ Persas P. C. vicimus. longa eloquentia opus non est.] Malim, Persas P. C. vicimus longe: eloquentia opus n. e. sic mox: Eloquentia opus non est.

GRUTERUS.

⁵ Longa eloquentia opus non est.] Pal. Longe loquentia. forsitan non male. aliud enim loquentia, aliud eloquentia.

SALMASIUS.

⁵ Longa eloquentia opus non est.] Eadem editio: longe eloquentia opus non est. quæ lectio favet conjecturæ doctissimi Casauboni, qui legebat, Persas vicimus longe. eloquentia opus non est. nos nihil mutamus.

⁶ Ex his trecentos cepimus.] Optimus liber: triginta cepimus, quem ego numerum magis verum & ex historia fide esse puto. Septingentos elephantos habuit Artaxerxes. ex his ducenti interfecti sunt ab Alexandro, triginta capti, decem & octo perducti tantum. mirum autem magis esset, ex trecentis, qui capti fuerint, decem & octo tantum perductos fuisse. Si quis tamen contra tendat & vulgaram lectionem tueatur, me potius habeat assensorem, quam pugnatorem. facile enim ex notis numeralibus trecenti in triginta degenerare potuerunt. sed omnino melior Palatina lectio.

f. fal-

mus. ¹ Falcati currus mille. Et adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: sed id quia & fingi poterat, facere supersedimus. Centum & viginti millia equitum sudimus: ² cataphractarios, ³ quos illi clibanarios vocant,

CASAUBONUS.

¹ Falcati currus mille, sed adducere i.] Scribe, Falcati currus mille. Et add. at in regio est, F. currus mdc. Add. nescio quam ex fide. nam in eo libro mire depravati sunt præcedentes numeri. ² Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant.] Ita scripti cum vulgatis, non cataphractos. Clibanarii ex Ammiano Marcellino & Græcis Tacticis notissimi sunt. non est vox Græca, sed Barbara è re imposta, ut alibi, volente Deo, sumus dicturi.

GRUTERUS.

¹ Falcati currus mille. & adducere.] Vulgati sed adducere; ut profusus inclinationem in numerum codicis Regii, currus mille sexcenti, adducere. ² Cataphractarios, quos illi clibanarios.] Sic quoque Pal. non cataphractos.

SALMASIUS.

¹ Falcati currus mille, sed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus.] Valde mihi suspecta vox sed hoc loco: quid enim heic facit? sed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus, sed id quia fingi poterat. omnino non coheret, numerus etiam heic falsus. si vera sunt, quæ supra prodidit, falcaris mille & octingentis curribus ad bellum venisse Artaxerxem. nullus igitur dubito locum numerorum, qui heic desunt, ab illo sed occupatum. scribe meo periculo: falcati currus m. d. ccc. adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus, sed id quia & fingi poterat, facere supersedimus. nihil verius.

³ Quos illi clibanarios vocant.] Falso sibi persuaserunt eruditissimi viri, vocem clibanarios non Latinam esse, sed Persicam: in quo, ut dixi, valide

falluntur. res quidem ipsa Persica, sed & vocem habuerunt Persæ quam illam exprimerent, quam Latini vertentes vocaverunt clibanum. lorica enim Romanorum & Græcorum non soliferreæ, sed squamis contextæ, hoc est ex multis particulis ferreis in modum squamarum compositæ. at clibani illi Persici erant ex solido ferro, idcirco sic nominati quod clibanorum speciem referrent. ideo Ammianus simulacris manu Praxitelis illos comparat clibanarios. tales sunt hodie thoraces quibus utuntur nostri milites, quas coracias vocamus. sunt enim soliferreæ. clibanos tamen etiam nominant quasi libet loricas, sive ex hamis succusa essent, sive ex squamis ferreis. Græci ἀλοσιδωτῆς ἢ φολιδωτῆς appellant, de quibus nos alibi plura dicemus. Glossæ nomicæ: κλιβανάριοι, ἀλοσιδηροί. κλιβανὰ γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τοὶ σιδηροὶ καλύμματα καλεῖσιν ἀπὸ τῆς καλύβια. ita enim legendum. Clibani igitur vox Romana vel Græca potius, quos sic dictos putabat ille auctor Glossarum κλιβανὰ quasi καλύβια, quod hominem totum contegerent, more καλύβης. vulgo perperam legitur, κελαιβία. clibanarii ergo à clibanis quos gestabant. sic enim illi thoraces appellati à similitudine clibanorum. Auctor anonymus de re bellica in expositione Thoracomachi: Hoc enim vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram & turelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, timoris sollicitudo, sollertia magistra composuit: ut hoc induceta primum lorica vel clibanus aut his similia fragilitatem corporis, ponderis asperitate non laderent: membra quoque vestientis inter armorum hyemisque discrimen tali solatio ad iura labori sufficiant. video clibanaria

quæ

vocant, decem millia in bello interemimus: eorum armis nostros armavimus. Multos Persarum cepimus, eosdemque vendidimus. Terras Interamnanas, Mesopotamia scilicet, neglectas ab impura illa bellua recepimus. Artaxerxem potentissimum regem tam re quam nomine, summum fugavimus, ita ut eum terra Persarum fugientem videret: & qua ducta fuerant quondam signa nostrorum, ea rex ipse signis effugerit relictis. Hæc sunt P. C. gesta. Eloquentia opus non est: milites divites redeunt, laborem in victoria nemo sentit. Vestrum est supplicationem decernere, ne diis videamur ingrati. Acclamatio senatus: Alexander Auguste, dii te servent. Persæ maxime, dii te servent. Verè Parthicus, verè Persicus. Tropæa tua & nos videmus, victorias & nos videmus. Juveni imperatori, patri patria, pontifici maximo: per te victoriam undique præsumimus. ille vincit qui milites regit. dives senatus, dives miles, dives P. R. Dimisso senatu Capitolium ascendit, atque inde re divina facta, & tunicis Persicis in templo locatis, concionem hujusmodi habuit, Quirites, vicimus Persas, milites divites reduximus, vobis congiarium pollicemur,

num vocari genus illud thoracis vel lorica ferrea, à quo clibanarii sunt dicti cataphracti illi equites Persici. Thoracopactos autem dicendos non thoracomachos alibi docemus.

CASAUBONUS.

1 Terras Interamnanas, Mesopotamia scilicet. Delenda censeo posteriora duo verba; est enim merum glossema, nisi quis putet, ipsum Lampriidum cum verba Alexandri describeret, interpretamentum hoc adfuisse: quod fortasse verius est. Græcos autem imitatur Alexander, qui terram inter Euphratem & Tigridem sitam, Padan aut Padan Aram in sacris literis dictam, modo Μεσοποταμίαν nominant, modo τὴν μετὰ τὴν ποταμῶν.

2 Artaxerxem potentissimum regem, tam re quam nomine. Alludit ad solen-

nem titulum literarum Orientis regum, qui se reges magnos vocabant, nam & hic usurpavit: Herodotus; ἑλεγετο ἢ μεγιστοτέρα ὅτι δὴ κίλιος ἡ γὰρ βασιλεύς Ἀρταξέρξης. infra in Valeriano.

3 Qua ducta fuerant quondam signa nostrorum. Respicit cladem Crassi.

6 Per te victoriam undique præsumimus. Supple ex omnibus memoratis: Per te victoriam de Germanis præsumimus: per te victoriam uca.

SALMASIUS.

4 Ea rex ipse signis effugerit relictis. Et qua ducta fuerant quondam signa nostrorum, ea rex ipse signis effugerit relictis. Ita Pal. & prima editio.

5 Laborem in victoria nemo sentit. Scribendum: laborem in victoria nemo sentit.

nam, ¹ *cras ludos circenses Persicos dabimus.* Hæc nos & in annalibus, & apud multos reperimus. Sed quidam dicunt, ² à servo suo eum proditum non vicisse regem, sed ne vinceretur, fugisse. Quod contra multorum opinionem dici non dubium est iis qui plurimos legerint. ³ Nam & amisisse illum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus auctor est contra multorum opinionem. Post hoc cum ingenti gloria, & comitante senatu, equestri ordine, atque omni populo, ⁴ circumfususque undique mulieribus & infantibus, maxime militum conjugibus, pedes Palatium conscendit, quum retro currus triumphalis à quatuor elephantis traheretur. ⁵ Levabatur manibus omnium Alexander, vixque illi per horas quatuor ambulare permissum est, undique omnibus clamantibus, ⁶ *Salva Roma, quia salvus est Alexander.* Alia die actis circensibus,

CASAUBONUS.

¹ Cras ludos Circenses Persicos dabimus. Ludi à causa ob quam edebantur cognominati. sic Κιρκήσιοι Η΄ Φαιστίοι Circenses Vulcanales apud Eusebium in Chronico, & Georgium monachum.
² A servo suo eum proditum. De hoc servo nihil Herodianus, quem tamen sequi hic videtur.
³ Nam & amisisse illum exercitum dicunt fame, frigore & morbo, ut Herodianus. Hodie scribitur in Herodiani libris, τρεῖς ἡμερῶν ἔσται ἡ ἀνάστασις ἐν τῷ στρατῷ ἀπὸ τῆς ἀπειρίας, ἰσθμῶν, πόλεως, κρύου. Lamprid. vero legit, νόσῳ, λιμῶ, κρύῳ. sed deceperant illum sui codices: nam Herodianus scripserat πόλεμῳ. narrat eo loci eximius historicus, Alexandri contra Persas exercitum in tres partes ab eo fuisse divisum: quæ perierint omnes, sed diverso modo: unam partem in locum iniquum deductam, cum pugnare non posset, Persarum sagittis confixam interfectione deletam: alteram partem mor-

bo extinctam: tertiam denique partem frigore ἐν ὄνει (i. ἀποφθαρῶν) ἀκρωτηριασθῆναι ὡς Ὀδυσσεὺς ἐν χειμῶνι χόρου. de fame nihil Herodianus. perperam igitur in hujus historiæ anacephalazōi legit Lamprid. λιμῶ pro πόλεμῳ.

⁴ Circumfususque undique mulieribus. Scripta lectio, circumfusus.

⁵ Levabatur manibus omnium Alexander. Scribe, manibus hominum. ut in membranis. inceptum est omnium. neque enim omnes eum levabant, sed ii solum homines, qui, ut fit in turba, propius eum contingebant.

GRUTERUS.

⁴ Circumfususque undique mulieribus. Sic & Pal. non ut alii, circumfususque.

⁵ Levabatur manibus hominum Alexander. Ita quoque Pal. nosset, non omnium, ut editæ.

SALMASIUS.

⁶ Salva Roma, quia salvus est Alexander. Simile illud scenicum canticum apud Phædrum in jocis: Gratæ incoluntis Roma, salvo Principe.



bus, & item ludis scenicis, deinceps, congiarum populo Romano dedit. Puellas & pueros quemadmodum Antoninus Faustianas instituerat, Mammæanas & Mammæanos instituit. Actæ sunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celsum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus, & in Armenia per Junium Palmatum, atque ex omnibus locis

1 Et in Illyrico per Varium Macrinum affinem ejus.] Marcianum mallet legere vir doctissimus, quod Genesis pater Alexandri hoc cognomen habuerit. sed hoc nihil est. nam affinis dicitur Alexandri fuisse hic Macrinus, eumque, nisi fallor, repperi. is enim est Macrinus, cujus filiam duxerat Alexander. atque hinc illum affinem Alexandri vocat. supra Marcianus dicitur: Dexippus dixit uxorem eum ejusdem Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo Cæsareo nuncupatum. sed ibi memini me observare codices scriptos habuisse, *Macrianum*. ex quo non dubium est legi debere, *Macrinum*. sic enim eum paulo post nominabant eadem membranæ: *verum cum vellet insidiis occidere Alexandrum Macrinus, detecta factione, & ipsum interemptum & uxorem abijt. Nam.* nec dubito quin hic sit Varus Macrinus præfectus Illyrici, affinis Alexandri, cujus nempe filiam duxerat Alexander.

CASAUBONUS.

2 Per Varium Macrinum.] Regius, *Macrianum*. puto verius, *Macrianum*. quod cognomen Genesis patris Alexandri.

3 Junium Palmatum.] Reg. *Vernium Pal.*

SALMASIUS.

4 Ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ sunt delatæ.] Statius lib. v. sylvarum, sylva prima, cum ex omnibus locis tabellas laureatas Domitiano delatas esse vellet dicere, sic loquutus est:

— que laurus ab arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Istri,

Quid Rhœni vexilla ferant, quantum vicinus orbis

Cesserit, & restuo circumfusa gurgite Thule:

Omnia non letas pila attollentia frontis,
Multaque famosa signatur lancea prima.

Omnes, inquit, nuncii qui ex diversis orbis partibus venerunt, laureatas tabellas attulere, & summa pila laureis ornata habuere. in postremo versu hæserunt doctissimi viri, nec adhuc se expediturunt. ipsi quidem satis se putant correctionibus suis expediturunt, sed mihi non videntur. possem multis quare ita mihi videatur, exponere, sed hoc supervacaneum. aut in his litteris nihil video, aut legendum apud Statium:

Omnia nam letas pila attollentia frontis,
Nullaque famosa signatur lancea prima.

Paula mutatione & locum egregie restituiimus, & scitu non indignam antiquitatis morem eruiimus. res letas & bene gestas nunciaturi, non solum cum tabellis laureatis, sed etiam summis hastis lauro vestitis veniebant. è contratio qui res turbidas & improspas, aut novos motus in provinciis excitatos, aut bellum nunciabant, rei tristicum indicium pennis in summo hastarum lancearumque fixis præferabant. non igitur somnia sunt, quæ vetus interpres Juvenalis notavit ad illum locum Sat. iv.

— tanquam è diversis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinna.
antea, inquit, si quid nunciabant consules in urbem, per epistolas nunciabant: si turbariæ nunciabantur, laurus in epistola signabatur: si autem aliquid ad verſe pinna, signabatur.

cis ei tabellæ laureatæ sunt delatæ, quibus in senatu
& apud

idem tradit Servius libro nono ad
illud :

— pinnata per urbem

Nuncia fama ruit.

quidam volunt ideo heic famam pinnatam
a poeta inductam, que tumultum & res ad-
versas nuntiet, ut illud tangere videretur,
quod qui bellum nuntiare, pinnatas litteras
dicere ut affere, non audio virum do-
ctissimum, qui litteras illas ideo pin-
natas dictas fuisse vult, quod tanta
celeritate deferrentur, ut pinnas ha-
bere, & volare crederentur. ego pin-
natas cenfeo appellatas quod ferren-
tur à militibus qui pinnas in summo
hastarum fixas gerebant. quod erat
rei mali geita, aut belli signum. unde
& ipsi tabellarii $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$ diceban-
tur ab illis pinnis, quas gestabant,
quum rerum turbatarum, aut tumult-
us nuncium adferrebant. Hesychius:
 $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$ $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$ $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$
significat igitur Staius ex omnibus
locis felices nuntios Domitiano ad-
venisse, nullum tristem. quare lau-
reatas hastas gererent, aut laureatas
tabellas adferrent, qui victorias &
res secundas nuntiabant, in promptu
causa est: car vero pinnis signatas
lanceas præferrent cum adversa nun-
cianda haberent, nihil aliud fingi cau-
se posse puto, quam magna cujus-
dam, & præcipitis celeritatis argu-
mentum: quod longe majori festina-
tione scilicet opus esset in perferen-
dis tristicium casuum eventibus, quam
in successibus prosperis nunciandis.
nam in his nunciorum tarditas, nihil
poterat adferre periculi: in illis mora
non erat libera, sed duplicata fere ce-
leritas requirebatur, ut quam pri-
mum impendenti malo posset occur-
ri. hinc nunciis & litteris publicis
perferendis destinati olim milites, si
quid novi incidisset quod minus pro-
sperum esset. & statim ad cognitio-
nem principis deferri oporteret, in
signum festinationis, & præcipitandi
cursus pinnas in summis hastis fige-

bant. quo signo admoniti, qui cursui
publico præpositi erant, intellige-
rent non esse cessandum, sed rebus
ceteris omissis, hos quam primum
esse absolvendos, & quasi pinnata
velocitate dimittendos qui ejusmodi
nuncium portabant. nigra autem vi-
dentur illæ fuisse pinna ad rei tristicii
indicium. ideo *famosam pinnam* vocat
Staius. nisi quis *famosa* malit legere.
non igitur à celeritate qua utebantur
in conficiendis itineribus $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$
dicti milites illi sive tabellarii, sed à
pinnis quas gerebant. hoc etiam mi-
hi egregie confirmarunt vetustissimæ
Glossæ manu exarata, quarum mihi
copiam fecit doctissimus Juretus, in
quibus ita legi: *veredarii dicuntur à*
verhendo, qui festinanter in equis currunt,
nec descendunt de equis, antequam libera-
rint restiosa sua: habent pennas in capite,
ut inde intelligatur festinatio itineris, da-
turque eis semper equus paratus. non man-
ducant nisi super equos. $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$
Plutarchus vocat hujusmodi vereda-
rios in vita Galbæ: $\kappa\alpha\iota$ $\pi\lambda\epsilon\gamma\phi\acute{o}\rho\epsilon\gamma\iota$
 $\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\lambda\gamma\acute{\iota}\sigma$ $\epsilon\phi\omicron\lambda\tau\alpha\upsilon$ $\alpha\iota\epsilon\iota$ π $\omega\epsilon\chi\alpha\upsilon\epsilon\iota\upsilon$
 $\epsilon\mu\epsilon\iota\omega$ $\phi\epsilon\acute{\alpha}\zeta\omicron\upsilon\tau\epsilon\varsigma$. quoslibet nuncios
ita vocavit, tam rerum scilicet lata-
rum, quam tristicium.

¶ Quibus in senatu lectis omnibus no-
minibus est adornatus. Pal. omnibus no-
minibus est ornatus. hanc totam narra-
tionem suspectam habuit Casaubo-
nus. nescio quamobrem. hæc nomi-
na, quibus ornatus fuisse dicitur Ale-
xander, in antiquis monumentis non
comparent, nec de his apud Herodia-
num mentio. verum quidem hoc est.
sed nihil prohibet acclamatione se-
natus & populi, cum illæ litteræ reci-
tarentur, & Mauritanicum & Illyri-
cum & Armenicum appellatum, ut
& Persicum & Parthicum supra ex
adclamatione senatus idem Spartia-
nus ostendit. *Acclamatio senatus: A-*
lexander Auguste dii te servant. Persice
maxime dii te servant. Vere Parthicus,
Vere

Vere

& apud populum lectis, ¹ omnibus nominibus est adornatus. His vero qui remp. bene gesserant, consularia ornamenta decreta sunt, additis etiam sacerdotiis & agrorum possessionibus iis qui erant pauperes & ævo jam graves. Captivos diversarum nationum amicis donavit, ² si ætas puerilis aut juvenilis permittit. Si qui tamen regii aut nobiliores fuerint, eos militiæ, non tamen magnæ deputavit. Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, ³ ita ut eorum ita essent, si heredes illorum militarent, ⁴ nec unquam ad privatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos si etiam sua rura defenderent. Addidit sane his & animalia & servos, ut possent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, vel per senectutem possidentium desererentur ⁵ rura vicina barbariæ:

Vere Persicus. qui locus omni suspicione mendii vitique hunc locum liberat.

CASAUBONUS.

¹ *Omnibus nominibus est adornatus.] Id est, appellatus est Persicus, Mauritanicus, Illyricus, Armenicus. sed hæc cognomina in antiquis monumentis apparent nusquam. quare non solum propter Herodianum, sed etiam hoc nomine suspecta hæc tota narratio. Regius liber verba aliquot in hanc periodum inserit quæ alii libri non agnoscunt. Sic ille: quibus & in senatu & apud populum lectis, vario tempore cum etiam de his arveia optate (forte, antea fama optata, venisset,) omnibus no. Statuant eruditi.*

SALMASIUS.

² *Si ætas puerilis aut juvenilis.] Pal. juvenalis. & ita fere semper in libris manu exaratis scriptum reperitur. Glossa: juvenalis, νεωτερός. juvenale, νεωτεράγη. sic vernilis, & vernalis dicebant.*

CASAUBONUS.

³ *Ita ut eorum essent, si heredes illorum militarent.] Observa conditionem*

quod hanc: neque enim apponi solita in deducendis coloniis. Est igitur hic species quædam feudi, vel potius initia quædam ejus juris, quod postea varie introductum est, & feudorum appellatione designatum. Erat sine lex similis feudorum constituendum: ut qui prædium colendum acciperet, danti fidem & militiæ munus aut aliud servitium exhiberet. Simile est quod Vopisc. narrat in Probo: *Veteranis omnia illa quæ auguste admodum Isauria loca privatis donavit: ostendit, ut eorum filii ab anno octavo decimo aetatis taxat ad militiam mitterentur.*

⁴ *Nec unquam ad privatos pertinerent.] Privati opponuntur militantibus. Ambrosius in Agnetis passione: *Constat circiter tota: sui letitia militantibus atque privatis & universis audientibus hæc sicut ἡνίκα ἰσχυροῦς & ἰδὼν ἰσχυρὸν* opponuntur. etiam in titulis militiæ ceu nomen dignitatis adscribi solitum ut in Neapolitano lapide: Γ. ΙΟΥΝΙΟΣ, ΑΚΥΛΛΑΟΣ, ΝΕΩΤΕΡΟΣ, ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΣ, ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΑΣ, ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΣ.*

⁵ *Rura vicina Barbariæ.] Terram dividunt Romani scriptores in Orhem*

quod turpissimum ille ducebat. Post hæc quum ingen- 59
ti amore apud populum & senatum viveret, & speran-
tibus victoriam cunctis, & invitis eum dimittentibus,
ad Germanicum bellum profectus est, deducuntibus
cunctis ¹ per centum & quinquaginta millia. Erat au-
tem gravissimum reip. atque ipsi quod Germanorum
vastationibus Gallia diripiebatur. Pudoremque auge-
bat quod victis jam Parthis, ea natio imminebat Reip.
cervicibus, ² quæ semper ³ etiam minusculis impera-
toribus ⁴ subiecta videbatur. Magnis igitur itineribus,
lætis

bem Romanum & Barbariam. nam
quicquid alienum erat imperio Ro.
Barbariam vel Barbaricum, ut sæpius
in Codice & in his scriptoribus, at-
que alibi, dixerunt. Hoc moneo quia
viri quidam eruditissimi Barbariam
hic intelligi putarunt eam Africa re-
gionem, quæ hodie sic dicitur. in quo
fugit eos ratio: nam ut diximus,
quicquid erat ultra limitem Roma-
num quaquaversum Barbariam no-
minabant, ut Ammianus Marcellinus
& alii. Huic opponitur apud Græ-
cos scriptores quosdam Ρωμαϊκία,
id est, Romanus orbis vel imperium
Romanum: sive ut loquitur Tertul-
lianus: *Romanitas*. Epiphanius de
Manete: *καταλείψας τὴν Ἰερουσαλήμ*
ἕλθων τῆς Ρωμαϊκίας πρὸς τὸν αἰθίορα.
idem alibi de Ario, *ὃς ἐξαφελῶν ἐξ*
αὐτῆς πῦρ ἢ τὸ τυχερόν, ὃς κατέληξε
πᾶσι τῶν Ρωμαϊκίαν σχεδόν. quod
alii Græci interdum dicunt τὸ Ρω-
μαϊκὸν ἰσθμῶν, vel τὴν πολιτείαν τῆς
Ῥωμαϊκῆς οἰκουμένης. Barbariam in
Africa non inveni nominatam apud
scriptorem ullum antiquiorem Ana-
stasio Sinaita, mediæ vetustatis scri-
ptore, ut scripta ostendunt. Hic Pen-
tapolim constituit in Africa Barbaria:
quæ regio hodieque Arabibus juxta
& nobis Barbaria dicitur. Locus Ana-
stasii est in Anagogis super sex die-
rum opus: *ὃν τοῖς πολλοῖς ἰσχυροῖς Αἰ-
γύπτου τοῖς ἐν Πεντάπολιν τῆς Βαρβα-*

*ρικῆς λεγομένοις, αἰδύτοις, ἐπὶ τῷ ὁδοῦ-
των γῆ ἐπιφέρει) ἐλέγχουσα τὰς ἀπί-
στες.*

SALMASIUS.

¹ Per centum quinquaginta millia.]
Palatinus: per centum & centum quin-
quaginta millia. fortassean ita dixerit
auctor, pro ducenta & quinquaginta
millia. sic iterum vicies, pro quadra-
gies in Hadriano.

² Quæ semper etiam minusculis impe-
ratoribus subiecta videbatur.] Scribunt,
subiecta fuisse videbatur. nihil muto,
praesertim nihil mutantibus libris.
nam subiecta videbatur positum pro sub-
iecta erat. sic visus est respondere pro re-
spondit apud Ulpianum. sic in hoc eo-
dem libro, iussit fures non videri iudica-
re. pro, vetuit iudicare. de qua locu-
tione supra aliquid diximus.

CAS AUBONUS.

³ Etiam minusculis imperatoribus.]
Capitolinus initio Maximini magnos
imperatores appellat eos principes,
qui cum diutius imperium obtine-
rent, res magnas gesserunt. si ita hic
accipimus vocem *minusculus*, ii intel-
ligentur, qui & cito, & inglorii per-
ierunt, ut Galba, Otho, Vitellius, &
alii multi. sed quam bene conveniat
huic loco ista interpretatio, iudicent
qui legunt.

⁴ Subiecta videbatur.] Scrib. subiecta
fuisse videbatur. id est, subiecta fuerat.
ut dicemus libro sequente.

lætis militibus, contendit. ¹ Sed quum ibi quoque seditionosas legiones comperisset, abjici eas præcepit. ² Verum Gallicanæ mentes, ³ ut sese habent duræ ac

SALMASIUS.

¹ Sed quum ibi quoque seditionosas legiones comperisset, abjici præcepit. Aurelius Victor: ibi tumultuantes legionum plerisque constantissime abjecit: quod in præsentis gloria, mox exilio datum.

GRUTERUS.

³ Ut sese habent duræ & retrogradæ. Adhæret uterque Palatinus Codici Puteano, in quo *retorridæ*; quod fere est ut putem auctoris genuinum; extrusum ab eis qui vim ejus minus adsequerentur; desumptam ab agriculture.

CASAUBONUS.

² Verum Gallicanæ mentes ut sese habent duræ ac retrogradæ. Habent, id est, sunt. Capitolinus in Gordianis: Sed statim ut se habent hominum mentes, &c. Pro *retrogradæ*, regius & Puteani unus, *retrosæ*, vox elegans, & cujus merum est interpretamentum vulgata lectio. *retrosus*, qui retro fert pedem. *eis τὸ ὀπίσθεν πορεύησις*. ut contra *prorsus*, *πορεύησις eis τὸ ἄσθεν*, unde oratio *prorsâ* *vorsâ* opposita: nam qui versus scribunt, absoluto uno versu etiam minimo, & qui lineæ parvâ partem occupet, retro tamen vestigia legere coguntur, ut alium versum inchoent: in soluta oratione contra: quamvis latissime pateat materia in qua cogitationes nostras exaramus, nihil verat porro pergere ad extremam usque materiæ latitudinem. hic *retrosus* ad animum transfertur venuste. Sed habet alter Puteani *retorridæ*. quam vocem exhibet iterum idem liber apud Capitolinum in Maximo & Balbino, ubi editum vulgo, *verecundus*. usus & Plinius atque alii. Sive legas *retrosæ* sive *retrogradæ*, idem est sensus, et si diversâ translationes. *τὸ σὸν δ'ἀγώγων ἢ μὴ πιδύσιον ἀλλ' ἀντίτυπον*, & ingenium refractarium auctor signi-

ficat: ideo addit, & sæpe imperat oribus graves. Herodianus in hac historia milites in genere nominat, & similiter de mobili eorum ingenio ad res novas queritur. *ὄπις*, inquit, *ἢ ἀλλως ἄσθεν τὸ κενὸς μὲν ἐπιπρόθεν, ἢ τὸ πικρὸν τὸ δ' ἄσθεν βαρὺ δὲ μὴ ἐξέσιος ἡγεμόσι*, &c. Trebellius Pollio in Gallienis, *Gallis infirmis esse leves ac degenerantes à civitate Romana, & luxuriosos principes ferre non posse*. Vopisc. in Saturnino: *Saturnicus omnidus fuit Gallia ex gente hominum iniquitissima & avida semper, vel faciendi principis vel imperii*. idem in Carolo, *Galliarum imperium maxime constantem principem querit*. At Valerianus imperator cum Posthumium Galliarum præsidem faceret, sic eum laudavit, ut diceret *civium dignissimum severitate Gallorum*. Hac sunt istorum de Gallorum sive Germanorum ingenii judicia: quibus opponi possunt elogia honestissima apud Strabonem, Agathiam, Procopium, alios. Sed & illa vulgo nota, & nos properamus.

SALMASIUS.

² Verum Gallicanæ mentes ut sese habent duræ, ac retrogradæ. Una voce damnant hanc lectionem tam vetusta excusa, quam antiqui codices manu descripti, qui pro *retrogradæ*, legunt *retorridæ*. prima editio habet: *retorridæ*. inde *retrogradæ* videntur fecisse correctores. *retorridæ* igitur hoc loco *mentes*, sunt asperæ & difficiles, & intractabiles inflexibilesque: metaphora ducta à siccis & retorridis ramolibus, quæ citius frangi possunt quam flecti. sic Græci *ἔρηθς* homines tenaces propositi & cedere nescios vocant. unde proverbium, *ἀγνα μὴ ἔρηθς βέτης ἀσθ*, *ἐπι δ' ὀλιγὸς ἢ ἀσθ* & *τὸ ἄσθεν*. pro quo Diogenianus in explicatione ejusdem proverbii dixit, *ἰσθ*

retorridæ & sæpe imperatoribus graves, severitatem hominis nimiam & longe majorem post Heliogabulum, non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis in Britannia, ut alii volunt, in Gallia in vico cui Sicila nomen

ἰπὶ τῆς ἐπιπέδου καὶ ἀσπίδος ἢ τρέπον. vel à senibus retorridis & recoctis qui plerumque morosi sunt & difficiles. passim senes & retorridi, & recocti dicebantur, quos Græci ἐφθές & πεπιπέδες vocant. coctum Latini dicebant pro maturo. unde coctæ ficus sunt maturæ, & coctæ vine: & coqui pro maturefcere. Virgilius:

in apricis coquitur vindemia saxis. Hyginus: vidit arbores complures ficorum immaturas, eas expectans dum maturescerent in arbore carym confedit, itaque post aliquot dies coctis ficibus, & à corpore pluribus carum comestis, &c. & paulo post: ut quatinus ficus conquerebantur, corpus bibere non posse. sic coctum Latini dicunt, quod Græci πέπειρον. coctæ potina opponuntur acerbis & immaturo. ita & cocti senes quos ævi maturos dixit Virgilius. Græcis πέπειρον. Helychius: πέπειρον γράμμα. Latini recoctam anam & retorridam dicebant. sic ἐψημμένον ὀπωρόν de coctæ & matura iidem Græci dicunt. Helychius: πεπιπέδες ἐψημμένον ἐπι ὀπωρόν ἀσπίδι ἢ τριφυλῆς. Servius coctum veteres vocasse observat quidquid multi temporis esset. lib. xi. ad illud:

scilicet nodis & robore cocto. antiquam hastam fuisse significat. nam multi temporis aliquid coctum vocatur. Horatius:

plerumque recoctus Scriba ex quinque viro.

Petius: Ut ramale vetus & grandi subere coctum. sic πεπιπέν Græci interpretantur: πεπιπέδες ὁ πολὺν χρόνον ἔχον ὄψιν τὸ ὀπιηθὲν αἰ. decrepita igitur senectutis hominem coctum & recoctum Latini, ἐφθόν ἢ ἀπεφθόν Græci vocant, & opponunt τὸ ἀμωρόγενε, cujus adhuc viridis senectus, & non-

dum penitus cocta. quia vero ejusmodi homines, qui longo tempore vixerunt, & qui multa ætate cocti sunt, plerumque experientia & usu rerum valent, hinc factum ut recoctos & retorridos pro exercitatis, & multo rerum usu tritis usurparent. sic recoctus scriba Horatio. ibi Helenius Acro: recocti dicuntur scriba qui sæpius cum proconsulibus ad provincias missi exercitatiores facti sunt usu ipso & frequentia ita & retorridos pro exercitatis posuerunt, quos Græci τρέπακτες ἢ τρέπακτες nuncupant. Phædrus de mure vetulo & multarum rerum perito, & experientia magistra callido facto:

Aliquot frequentis venit & retorridus, Qui sæpe laqueos & muscipula effugerat.

Gellius: qui ab alio genere vite detrita jam & retorridi ad litterarum disciplinas serius adeunt. & quia plerumque qui tales sunt, vultu subtristi & ad severitatem composito incedunt, retorridum vultum pro severo dixerunt. Capitolinus in Maximò: vultu gravis & retorridus. Petronius: hominem exercitati vultus dixit. hinc retorrida mens, hoc loco pro aspera & difficili, ac refractaria.

1 In Gallia in vico cui Sicila nomen est.] Excerpta Spartiani & optimus Palatinus: in vico cui Sicilia nomen est. nec aliter vetus editio. Aurelius quoque Victor Schorothi, teste ipso Schorotho ita scriptum habuit. ipse autem edidit curavit Sicila ex hoc loco. nos Sicilia ex auctoritate omnium librorum apud utrumque auctorem reponimus verba Victoris: agentem casu cum paucis vico Britannie, cui vocabulum Sicilia, trucidare.

GRUTERUS. 2 Cui Sicilia nomen est.] Fortasse melius Palat. uterque Sicilia.



fuerunt: Quum natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit, & ut se civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam ejus vestem cum qua confiterat, cruentavit. Laurus in Palatio cujusdam civitatis à qua proficiscebatur ad bellum, ingens & antiqua, tota subito dedit. Arbores fici tres, quæ ficus eas ferrent quibus Alexandrinarum nomen est, subito ante illius tentorium deciderunt, quum tentoria imperatoria his adnexa essent. Mulier Druias eunti exclamavit Gallico

SALMASIUS.

1 Mulier Druias eunti exclamavit Gallico sermone. Harum Druiadum spissa frequensque mentio apud istos auctores. unde vero illæ Druiades & quare sic dictæ, non ita in proclivi est exponere. quod ad nomen ipsum attingit, Dryades semper scribuntur in optimis vetustissimis membranis ut & antiquis editionibus. nec sane aliter scribi debere, veris vincemus. nam cum $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\alpha\upsilon$ dicantur, foemininum vocis $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\eta\varsigma$ non aliud esse possit, quam $\Delta\epsilon\upsilon\iota\varsigma$ aut $\Delta\epsilon\upsilon\iota\varsigma$, non autem $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\alpha\upsilon$ nec enim $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\alpha\upsilon$, sed $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\eta\varsigma$ illi dicebantur. inde ut diximus foemina $\Delta\epsilon\upsilon\iota\varsigma$, quam vero cognationem habeant istæ Dryades cum antiquis illis $\Delta\epsilon\upsilon\iota\delta\alpha\upsilon$ Galliarum, non possum videre. Druidarum religionem penitus abolevisse Claudius perhibetur apud Suetonium: non tamen genus illud omne videtur extinxisse. nam & Druidarum mentio apud recentiores, & stirpe Druidarum sati quidam in Galliis dicantur apud Aufonium. Verum hi nostri auctores Druidarum hominum nusquam meminerunt, sed ubique mulierum Dryadum, quæ mulieres fere semper fatidicæ inducuntur & vaticinatrices & sagæ. nominatissimæ autem videntur fuisse istæ Gallicanæ Dryades, ut quæ consulerentur in rebus dubiis, non secus atque olim oracula Delphica. Vopiscus in Aureliano: dicebat enim quodam

tempore Aureliani Gallicanas consuluisse Dryadas sciscitantem utrum apud posteros ejus imperium permaneret. tum illas respondisse dixit nullius clarior in republica nomen, quam Claudii posterorum futurum. & paulo post: cuius puto posteros ad eam gloriam quæ à Dryadibus pronuntiata sit pervenire. idem in Numeriano: semper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conscio atque avo meo, cuius hoc dictum à Dryade ipse retulerat. ibidem: nisi ut impleveret Dryadis dictum. & paulo supra: quum, inquit, Diocletianus apud Tungros in Gallia quadam in cauponâ moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Dryade quadam muliere rationem convictus sui faceret, &c. paulo post: post quod verbum Dryas dixisse fertur, Diocletiane joculari noli: nam imperator eris, quum apruna occideris. quibus omnibus locis Druiadas, aut Druidas reposuerant eruditi homines adversus omnium membranarum & veterum editionum consensum, atque etiam nominis rationem. istud igitur mulierum genus quæ fatis fandiis, & veris canendis operam dabant, in Gallia Dryades sunt appellatæ. quamobrem non video, nisi fortasse ab antiquis illis Druidis. ut enim olim Druidæ sacrificiis aderant & in rebus sacris summam auctoritatem obtinebant: sic istæ sagæ & veratrices, vel quod plurimum in lucis, more antiquorum Druidum versarentur, ibique sacris operarentur, vel quod ex profapia

lico sermone, *Vadas, nec victoriam speres, nec militi tuo credas.* Tribunal ascendit ut concionaretur, & faustum aliquid diceret: ita ccepit, *Occiso imperatore Heliogabalo.* hoc tamen omni fuit, quod iturus ad bellum, milites alloqui minus fausta oratione cœptaverat. ³ Sed hæc omnia vehementissime contempsit. Profectusque ad bellum, in loco supra dicto ita occisus est.

61 Pranderat forte publico, ut solebat, convivio, id est apertis papilionibus, ⁴ cibo militari accepto: neque enim aliud ⁵ à discumbentibus militibus in tentoriis est reperitum. ⁶ Et ⁷ quum dormiret post convivium hora diei fere septima, ⁸ unus ex Germanis, qui scurrarum offi-

Druidum esse existimarentur, *Δρυιδες* aut *Δρυιδες* sunt appellata. ut ut sit, fatidica fuere & sortilegæ. Harum sane mulierum quæ futura prædicent artem in usu fuisse apud antiquos Gallos & Germanos ex historia scimus: apud Plutarchum enim legimus in exercitu Cimbrorum & Teutonum mulieres quasdam fuisse quæ ex verticibus aquarum & fluminum eventum pugnae qualis esset futurus, certo suis prædicerent, & ante illum aut illum diem pugnam committere verarent, si quidem vellent victoriam reportare. nec diversi generis aut modi fuisse constat illas *Fatas* aut *Fatus*, de quibus multa fabulose narant antiqui nostri Romanenses, ut vocamus. adeo ut & quædam opera publica vetusta, ut moros & pontes & alia id genus antiquissimæ fabricæ illarum nomini adscribere non dubitarint. sed hæc hæc haftenus. sufficiat enim nobis ostendisse semel hoc loco, *Dryadas* ubique vocandas apud hos auctores, non *Druides* mulieres istas Gallicanas fatidicas.

GRUTERUS.

¹ *Nec te militi tuo credas.* Sic Palnam retro vulgatis deerat te.

⁵ *A discumbentibus militibus.* Ita quoque Palat. non *discumbentibus*, ut olim impressi,

⁷ *Cum quiesceret.* Et heic quoque Pal. suffragatur ceteris mss. rejicit quoque editorum, *cum dormiret.*

CASAUBONUS.

² *Hoc tamen omni fuit.* Melius, *hoc enim om. f. vel hoc sane ei om. fuit.*

³ *Sed hæc omnia vehementissime contempsit.* Nec male legas omnia. vel etiam, *hæc omnia omnia.*

⁴ *Cibo militari accepto.* Vel acceptus. confer cum antedictis.

⁵ *A discumbentibus militibus.* Ridiculus error. Volui edi, à *discumbentibus m.* ut est in regio & Puteani.

⁶ *Et cum dormiret post convivium hora diei fere septima.* Cum meridietur, more multorum, ut dicebamus ad Suer. lib. II. cap. LXXVII. Pro dormiret, scripti, *quiesceret.*

SALMASIUS.

⁸ *Unus ex Germanis qui scurrarum officium sustinebat.* Quodnam istud erat scurrarum officium quod Germani sustinebant, non omnibus notum esse arbitror, aut quid vox *scurra* hoc loco significet. fallitur enim si quis illa notione accipiendam putat, qua vulgo sumitur. *scurra* heic igitur non alii quam corporis custodes. quod munus & officium penes Germanos fuit. nullum certe dubium *scurra* hoc

hoc loco corporis custodes significare. notum enim est id munus Germanos sustinuisse. sed quare scurras vocat? postquam docuerimus certo scurras dictos istis auctoribus satellites Germanos quibus corporis imperatorum erat custodia mandata, tum quare sic vocati fuerint, docebimus. in hoc igitur loco minus licet dubitare. Germanum enim hunc ex illis fuisse custodibus corporis Alexandri perspicuum est. quem ideo & contubernalem vocavit Alexander: quid est, inquit, contubernalis? nam aliquid de hostibus nuntias? contubernalem enim honorifice appellat corporis custodem. illi enim fere semper cum imperatore nec ab ejus latere abscedebant, infra scurram barbarum eundem vocat. Nam & gladio barbarico & scurra barbari manu, verum non in bello, sed belli tempore perit. Scurra barbarus est ille Germanus, à quo occisus Alexander, corporis ejus custos. sic Heliogabalum per scurras occisum tradit idem Spartianus. nam ut diximus, per scurras occisus est & per plateas tractus sordidissime & in Tiberim submissus est. quo loci vir doctissimus, quinam sint illi scurræ, quærit. sed cum ex ejusdem Spartiani historia constet à Prætorianis militibus occisum Heliogabalum, quis non videt scurras illum appellare, stipatores & custodes corporis milites prætorianos? duplex enim custodia imperatoribus, ex militibus Prætorianis & Germanis. sic scurram Persicum accipio in vita Zenobia, satellitem nempe & stipatorem militem: *vineti erant prætorica pedes auro, manus etiam catenis aureis, nec cello vinculum aureum detrat, quod scurra Persicus præferbat.* ibi enim scurra Persicus, est satelles Persicus quo usa stipatore fuit Zenobia, qui ejusdem captivæ aureum vinculum præferbat, cum per triumphum duceretur. Recentiores scriptores buccellarios vocitant, quos Spartianus scurras. in veteribus Chronicis legitur, ab Aetii buccellario Valentianum interfecisse. ubi Aetii buccellarium in-

tellige, ejusdem satellitem vel armigerum. perperam enim doctissimus Turnebus ab equitibus buccellariis, petit ejus buccellarii Aetiani interpretationem. Marcellinus enim in Chronico satellitem appellat qui buccellarius illi alteri nuncupatur: *Valentinianus princeps dolo maximi Patrii cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per Ostilam & Transilam Aetii satellites, jam percusso Heraclio Spadone, truncatus est.* Idacius vero in Chronico familiares vocat: à duobus barbaris Aetii familiaribus Valentinianus Imperator occiditur. familiaris autem id etiam significabat. buccellarius & scurra, res eadem. veteres Glossæ: *adfecta, buccellarius, scurra.* Buccæ juvenali dicuntur:

— *notæque per oppida buccæ.*

idem alibi:

Mecius & Matbo buccæ. —

veteribus Glossis buccones: *Buccones, ὄψις, βουκλῆνες.* sed ibi quidem buccæ, buccellarii & bucciones, pro scurris vel parasitis ut vulgo accipiuntur. at illis locis, quos supra rettuli, scurræ & buccellarii, sunt satellites vel armigeri alicujus principis vel magnatis, & familiares ipsius vel domestici vel contubernales: tot enim modis appellantur. & ab ea re sic dicti, quod non magis ab latere dominorum suorum discederent, quam parasiti illi veri & adfectulæ ab eorum quorum mensas sectabantur. hinc illi parasiti dominos & reges appellabant, quos ventris gratia adfectabantur. inde igitur scurræ & buccellarii vocati custodes corporis Imperatorum, vel satellites & armigeri magnatum qui eos adfectabantur, & eorum latera tuebantur. quilibet servus etiam sic dicti. Glossæ: *Adfecta, domesticus, familiaris, agaso. Adfecta, pedissequi, domestici. idem: Agaso, domesticus, minister officialis.* Agasonem quoque pro quolibet servo usurpatum optimæ Glossæ me docuerunt, apud quas ita legimus. *Agaso, δῆλον, κτήρεσι ὄψις.* scurræ igitur & buccellarii & adfectulæ, & familiares &

officium sustinebat, ingressus dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante visus est: cui Alexander, *Quid est, inquit, contubernalis? Num aliquid de hostibus nuntias?* At ille metu perterritus ¹ & sperans non posse evadere quod in tentorium principis irruisset, ad contubernales suos venit, eosque ad durum principem interimendum exhortatus est: qui subito plures armatique ingressi, inermes & obsistentes contruncaverunt, ipsumque pluribus ictibus confoderunt. Aliqui dicunt, omnino nihil dictum, sed tantum à militibus clamatum, *Exi, recede:* atque ita obruncatum juvenem optimum. ² Sed omnis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit, & potissimus quidem ³ per Armenios & Osdroënos & Parthos, & omnis generis hominum. Contempnisset Alexandrum mortem, cum ferocitas mentis, qua militem semper attrivit, tum etiam illa declarant. Thrasylbulus mathematicus illi amicissimus fuit: qui quum ei dixisset, ⁴ necessitatem esse ut gladio barbarico periret, primo lætatus est quod sibi mortem bellicam & imperatoriam crederet imminere: deinde disputavit ostenditque optimos

domestici, ministri officiales, ministeriales, nomina sunt idem significantia. de scurris sane & buccellariis, quomodo essent accipiendi in his auctoribus, nos primi docuimus. ubi hæserant hætenus etiam callentissimi istarum litterarum viri.

CASAUBONUS.

¹ *Et sperans non posse evadere.*] Transposita verba ab auctore. pro, non sperans se posse evadere. vel sperans simpliciter pro arbitrans.

² *Sed omnis apparatus militaris q.*] Nullo modo superioribus hæc coherent: ut ante hæc verba aliquid deesse non sit dubitandum: etsi vulnus dissimulant scripti libri. videtur aliquid

præcessisse de inchoato bello, sed non finito ab Alexandro. eadem sententia apud Capitolinum in Maximinis: *Mirandum ante apparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidisse.* quibus ex verbis negationem excidisse suadet hic Lampridii locus: etsi Herodianum scimus aliter tradere. Sic notat Vopiscus à Carobellum Sarmaticum profligatum apparatum, & ut ipse loquitur, totis viribus Probi.

³ *Per Armenios & Osdroënos & Parthos.*] De his omnibus nominatum Capitolinus in Maximino.

⁴ *Necessitatem esse.*] Scripti melius, *necesse esse.*

1 Et

quosque violenta morte consumptos, quum diceret ipsam Alexandrum, cujus nomen teneret, Pompejum, Cæsarem, Demosthenem, Tullium, & cæteros insignes viros, non quieta morte oppetisse. Tantumque animi habuit, ut putaret se diis comparandum si in bello periret: sed res eum fefellit. Nam & gladio barbarico, & scurræ barbari manu, verum non in bello, sed belli tempore periit. Mortem ejus milites, & qui 63 exautorati ab eo quondam fuerant, gravissime tulerunt, atque auctores cædis trucidarunt. Populus vero Romanus, senatusque omnis cum provincialibus cunctis, neque tristius unquam neque asperius acceperunt, simul quod successoris asperitas atque rusticitas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio post eum imperium delatum est, graviolem fati necessitatem videbatur ostendere. 3 Senatus eum in deos re-

tulit.

SALMASIUS.

1 Et ceteros insignes viros non quieta morte oppetisse.] Palat. codex, & excerpta Spartiani: *Et ceteros insignes viros qui non quieta morte oppetissent.*

CASAUBONUS.

2 Neque tristius unquam, neque asperius acceperunt.] Leg. *neque tristius unquam accepimus.*

3 Senatus eum in deos retulit.] B. Chryso-
stomus homilia xxvi. in postero-
rem ad Corinthios: *επι η ειδαλα-
τελη τω δαχλω ενρωτησαν, η αν-
θρωπων ζωη τω αξιαν ηαυρολο-
βων επισ Αλιξανδρον τελικανδε
καθι ενιμιεν εναι θεου η συκληθη
Ρωμαϊων. η γδ αυτη ταυτω ειχε
τω αξιαν, χειροθεειν η εσκεινειν
της.* Putant viri magni, Alexandrum
quem ait hoc loco vir sanctissimus à
Romano senatu in Deos relatum,
hunc esse imperatorem Romanum
Alexandrum Severum, quare iidem
vocem *τελικανδε* εν, quæ per hanc
interpretationem stare nullo modo

potest, damnant, & pro XIII. scribunt
XXVI. Equidem sæpe miratus sum,
unde illam fabellam (sic enim dicen-
dum est) ο χειροθεησαν pater acce-
perit, de recepto in numerum deorum
Alexandro Macedone à senatu Ro-
mano: sed quin de illo accipienda
sint superiora ejus verba, dubitari à
quoquam posse putavi nunquam.
quid enim hoc clarius, aut certius?
ipsa primum evincit loquendi con-
suetudo Græcorum, qui ALEXAN-
DRUM quoties nominant *απαλος*,
Magnum proculdubio intelligunt,
unicum gentis suæ ornamentum, &
regni Græci in Asia auctorem. Dein-
de attendenti palam fiet loqui ibi
Chrylostomum de consecratione fa-
cta senatus Ro. decreto ante CHRIS-
TUM. ideo ait adscriptum Alexan-
dram numero XII. deorum, & fa-
ctum deum XIII. nam hæc vera mens
verborum Chrylostomi. quis ignorat
duodecim consentes fuisse Romano-
rum deos præcipuos? notissimi sunt
Ennii versus, quibus eorum nomina
est complexus:

Tit 5

June,

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana,
Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus,
Apollo.

idem numerus apud vetustissimos
Græcos: etsi nomina non plane ead-
dem. narrant enim veteres, Hercu-
lem cum ludicrum Olympicum insti-
tueret, sex aras binis diis consecrasset:
Pindari interpres ad illa βαμῆς ἐξ δι-
δύμης ἐγίσαφεν, è quinta odo Olym-
pionicarum, Ολυμπιάδι, inquit,
βαμῆι εἰσὶν ἐξ, δίδυμοι τοῖς δίδεχα
θεοῖς ἀνδρῶν μῆροι, ἐνὸς ἐκείης βαμῆς
δύο θεοῖς καθ' ἑαυτῶν μῆροι. πρῶτον
Διὸς καὶ Ποσειδῶντος. δεύτερον, Ἡ-
ρατος καὶ Ἀθηνᾶς. τρίτον, Ἐμῆς καὶ
Ἀπόλλωνος. τέταρτον, Χερῶν καὶ
Διονόσας. πέμπτον Ἀρτέμιδος καὶ
Ἀλφειῆς ἐκείης, Καθίης καὶ Ρέας, ὡς
φασὶν Ἡρόδοτος. Respexit huc pri-
mus ille auctor figmenti hujus. ne-
que enim dubitare debemus jacta-
tum hoc primo fuisse inter Græcos:
deinde etiam in literas missum ab a-
liquo inepto historico, qui gloriæ
Alexandri plus æquo favens, anilem
fabulam pro vera historia posteris
tradidit, & facilibus ad credendum
lectoribus imposuit. Non dissimilis
huic fabella est, quam ex Aristo &
Asclepiade Atrianus narrat, de missis
Roma ad Alexandrum legatis, usque
in ultimam Indiam: cum sitissimius
vero, quod Livius existimat, ne fama
quidem Romanis tum fuisse notum
Alexandrum. Sed de quo Alexandro
loqueretur Chrysofomus, manife-
stissime declarant sequentia ibidem
verba. Nam ait consecratum ideo
quod gentes urbesque multas impe-
rio suo subjecisset, bella multa felici-
ter gessisset ac victoriarum suarum
multa excitasset trophæa. quid isto-
rum Alexandro Mammææ convenit?
qui optimus princeps non minus in-
felix in bello fuit, quam pacis artibus
inclutus, & vera laude dignissimus?
Certe qui illius gloriæ plurimum fa-
verunt historici, non populos ab illo
subactos, nec captas urbes atque im-
perio Ro. adjectas; sed unicam de

Petris victoriam illius narrant: de
quâ tamen quid alii scriptis, antea
diximus. Addit vero Chrysofomus,
ὁ Ἀλέξανδρος μὲν τῶν πολλῶν αὐτῶν
τῆς Διὸς ἀγαθῆς τῶν δὲ ἑσπερίων
καὶ τῆς Ἰσθμίου ἀφαιδῆσαι ὅτι ἰσπανίῃ
poteratne clarius designari Magnus
Alexander? cujus imperium post
mortem ipsius statim divisum, &
multo ante Chrysofomi tempora
funditus eversum sicut vestigium il-
lius appareret nullum, sicut ipse ait,
omnes norunt. At de Alexandro
Mammææ quam falso, quam ridicu-
le hac dicerentur? ut plane miser
tam absurdam sententiam vitis eru-
ditissimis in mentem unquam ve-
nisse.

SALMASIUS.

3 *Senatus cum in deos revidi.*] Placeat
ad hunc locum verba B. Chrysofomi
ex homilia xxvi. in posteriorem
ad Corinthios adducere, licet jam à
doctissimo viro producta, ut faciem
illis majorem adluceamus quam ha-
ctenus factum est. ἔτι καὶ ἐπιπέλας
τελεῖται τῶν δόχλων ἐπιπέλας, καὶ ἀ-
πράπων ἕως τῶν ἀξίων τῶν κα-
ρῶν. ἔτι τελοῦσθε τὰς ἐπιπέλας
εἰναὶ θεῶν ἢ οὐκ ἐπιπέλας. καὶ
γὰρ αὐτῶν τῶν ἐπιπέλων ἐπιπέλας
ἐπιπέλας καὶ ἐκείνην θεῶν. putantur
summi in his litteris viri sanctum
patrem ibi de hoc nostro Alexandro
verba facere. cui sententiæ ut addi-
pulari facerent orationem Chryso-
fomi, miris modis eam torserunt.
sed hos refellit jamdudum vir incom-
parabilis Casaubonus. de Alexandro
igitur Macedone verba Chrysofomi
sunt capienda. sed refellit ratio do-
ctissima sanctissimumque virum, qui
cum legisset apud Athenienses De-
mædem oratorem fuisse auctorem
populo, ut sancirent Alexandrum
Magnum τελοῦσθε τὰς ἐπιπέλας εἰναὶ θεῶν,
id Romanis tribuit, & pro facto acce-
pit, quod ut fieret ad populum talis
Demades in concione. nam decre-
tum fecerat hoc Rhetor ideo ut Ale-
xander numero duodecim Deorum
asci-

tulit. Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulcrum amplissimum meruit. ¹Dati sunt & sodales, qui *Alexandrini* appellati sunt: addita & festivitas matris nomine, atque ipsius, quæ hodieque Romæ religiosissime celebratur natali ejus die. ²Causa occidendi ejus ab

ascriberetur. *Ælianus Variarum l. v. εὐδωμάειαι ἢ Ἀθωαίων μὴ ἔφιλεν πτωχεύειν. ἐκκλησίας ἕως Ἀθωαίοις παρελθὼν ὁ Δημόδωτος ἐπέφρασε θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τελοκαίδευσεν. τὸ ἴδιον ἀπέσινας ὁ Δημόδοτος τὸ ὑπερβόλον μνηστῆραν, ζῆμιον ἐπιμήσοις τῶν Δημόδοκων τελοκαίων ἐκστῆν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπέφρασε τοῖς Ὀλυμπίοις. facile jam est videre quid in errorem impulerit doctissimum illum patrem. illos vero gravius errare qui apud Chrysothomum sollicitabant hæc verba τελοκαίδευσεν θεὸν, & mutabant in alium numerum, ut convenire posset huic nostri Alexandro. idem Ælianus narrat Alexandrum Macedonem cum Darii vicisset, & totam Persarum ditionem teneret, tam prospera fortuna elatum ad Græcos litteras fecisse, quibus ut pro Deo haberetur mandabat. cum alii alia vel assentirentur, vel omnino dissentirent, Lacedæmonii sic statuerunt, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος βεβλήθη θεὸς εἶναι, ἵνα θεός. Plutarchus in Lycurgo de Atheniensibus Alexandrum Deum declarantibus: Ἀθωαίων γέ τι ποτὶ σὺν ἀνεγομῆραν αὐτὸς ὁμηροῦ ἀνέγραψεν ἐκβαλαίειν, ἢ κτενεραία μάλιστα ὡς ποδῶν τελοκαίων ἐπέφρασε. πάλιν ἢ θεὸς ἀναγομῆραν Ἀλέξανδρον, ἢ ποδευτός, αἰεὶ πιν, ὁ θεὸς ἔτι ἐξ ἰσθμίου δεινὸς ἐπέφρασε. Athenis autem araduodecim Deorum extabat, quibus tertium decimum addi volebat Alexander. Hujus aræ mentio apud Plutarchum in vita Demokhenis. καὶ τῶν ἰσθμίου τελοκαίων ἐπέφρασε. καὶ τῶν ποδευτόν, ἢ βαρῆ τὸ δάδην, θεὸς, ἵνα Πολυδάκτυλος ἀπογομῆρα. hos etiam*

duodecim Deos Olympios proprie vocabant. *Ælianus* loco supra citato, τὸν Ἀλέξανδρον ἐπέφρασε τοῖς Ὀλυμπίοις. id enim moris habuerunt Græci, ut quos in Deorum numerum referrent, ἢ Ὀλυμπίων πατέρες vocaret & quasi patres conscriptos Deorum concilii facerent. sic alicubi *Lucianus* Hephæstionem ab Alexandro ἀποθεωθῆναι πατέρα τῶν Ὀλυμπίων θεῶν vocat. hæc necessario dicenda fuere propter vitium undequaque eruditissimum, qui putavit figmentum esse & anilem fabulam quod *D. Chrysothomus* scripsit de Alexandro in Deorum consortium relato à Romanis. non enim in totum mera fabula est, sed illa tantum parte qua factum id Romanis refert. de cetero verum est Alexandrum pro Deo habitum multis Græciæ populis, ut ex iis quæ retulimus animadverti potest. in eo igitur tantum falsus est *Beatus vir*, quod Alexandrum Senatus Romani decreto in deos relatum scripsit. jam enim ostendimus Græcos hunc illi honorem habuisse, non Romanos, quos nec fama tenus Alexandri notitiam usurpasse certum est. de Atheniensibus, quidam ajunt, quidam negant.

¹ *Dati sunt & sodales qui Alexandrini appellati sunt.* Lege: qui Alexandriani appellati sunt. ab Alexandria enim urbe, Alexandrinus civis. sed ab Alexandro, Alexandrianus sodalis. sic *Marciani* sodales, *Antoniniani*, *Aureliani*, & similia.

CASAUBONUS.

² *Causa occidendi ejus ab aliis hæc fuisse perhibetur q.* Lege *Capitolinum* libro sequenti.

1 Contra

ab aliis hæc fuisse perhibetur, quod mater ejus relicto bello Germanico Orientem ad jactantiam sui vellet redire, atque ob hoc esset iratus exercitus. Sed hæc ab amatoribus Maximini ficta sunt, qui videri noluerunt imperatorem optimum ab amico suo interfectum
 64 ¹ contra jura humana atque divina. ² Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutius imperaret, ³ post eum certatim irruentibus, & aliis semestribus, aliis annuis, plerisque per biennium, ad summum per triennium imperantibus, usque ad eos principes ⁴ qui latius imperium tetenderunt, ⁵ Aurelianum dico, & deinceps. de quibus, si vita suppeditaverit, ea quæ comperta fuerint publicavimus. Repræhensa sunt in Alexandro hæc: ⁶ Quod Syrus esse volebat, ⁷ quod aurum amabat, quod suspiciosissimus erat, quod vectigalia multa inveniebat, quod se Magnum Alexandrum videri volebat, quod nimis severus in milites erat, ⁸ quod curas privatas agebat: quæ omnia in Repub. infir-

SALMASIUS.

¹ *Contra jura humana atque divina.*] *Contra jura Romana atque divina. ita Palatinus & princeps editio.*

CASAUBONUS.

² *Hactenus imperium P. R. eum principem habuit qui diutius imperaret.*] *Etiamne Galba, Otho, Vitellius, & Macrini? ut taceam Titum & Nervam.*

³ *Post eum certatim irruentibus.*] *Malim, certatim multis irruentibus.*

⁴ *Qui latius imperium tetenderunt.*] *Et vivendo diutius, & Ro. imperio agri Barbarici aliquid adjiciendo. utraque interpretatio vera de Aureliano quidem; non utique in omnibus deinceps.*

⁶ *Quod Syrus esse volebat.*] *Sed Romanus. bis jam dictum.*

⁷ *Quod aurum amabat.*] *Patriam in hoc prodebat suam. Syri enim avari audiunt passim apud scriptores vet.*

GRUTERUS.

⁵ *Aurelianum dico & deinceps.*] *Torsan, & deinceps.*

SALMASIUS.

⁸ *Quod curas privatas agebat.*] *Hoc inter vitia Alexandri, cetera optimi principis, quod curas privatas agebat. sed quid est, quæso te, curas privatas agere? neminem esse puto qui hoc quid sit scire possit. & tamen hæc doctissimi viri taciti præterierunt. excerpta Spartiani cum optimo Palatino legunt: quod curas privatas agebat. quæ omnino vera est lectio, quam minime cum intelligerent, non mirum est corrupisse homines huic unico studio deditos. inter illa igitur quæ in Alexandro repræhensa sunt, hoc merito etiam locum habuit quod privatis curas ageret, hoc est privatorum curiosus esset, & sedulo scrutaretur & requireret, quid homines privati agerent, quid sentirent. Spartianus*

instituerat. Scio sane plerosque hunc à senatu Cæsarem appellatum esse sed à militibus, qui verum profus ignorant: dicere præterea non hunc fuisse consobrinum Heliogabali, qui, ut nos sequantur, historicos ejus temporis legant, & ¹ maxime Acholium, ² qui & itinera hujus principis scripsit. Soles quærere, ³ Constantine maxime, quid sit quod hominem Syrum & alienigenam, talem principem fecerit, quum tot Romani generis, tot aliarum provinciarum reperiantur

im-

tianus supra: de omnibus hominibus per fideles homines suis semper quaesivit, & per eos quos nemo nosset hoc agere, quum diceret omnes præda corrumpi posse. hoc est quod hoc loco dicit, curas privatis egisse, vel ut melius legi cenfeo, curas de privatis egisse. idem Hadriano fuit olim vitium verum, quod nimis curiose inquireret in privatorum hominum vitam. Spartianus in vita ejus: & erat curiosus non solum domus suæ, sed etiam amicorum, ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret: nec adverterent amici sciri ab imperatore vitam suam, priusquam ipse hoc imperator ostenderet. & paulo post: & hoc quidam vitiosissimum putant, atque huic adjungunt quæ de adulteris amore ac nuptiarum adulteriis quibus Hadrianus laborasse dicitur afferunt. idem igitur utrique principi Hadriano & Alexandro vitium erat insitum, ut curiosi essent privatarum familiarum, & omnia etiam occulta de amicis scire vellent. curas agere, est curiosum esse. in actis passionis Beati Clementis manuscriptis: sic factum est ut Sisinium amicum Nervæ imperatoris non pertimesceret beatus Clemens Romanæ Ecclesie Episcopus. nam & doctrinam Clementis secuta uxor Sisinii Theodora conversâ scilicet Deo exhibebat obsequium. quam vir suus in zelo ducens insidias tetendit coniugi ad Ecclesiam properanti: quam ingressam intus per alterum ingressum secutus cepit curas agere. & paulo post: missa autem facta prostravit se sancto Clementi Theodora, dicens virum suum curas agen-

tem & secretorum Domini Jesu Christi cæcitatem incurrisse. curas agere, pro curiose scrutari. non dissimiliter curas habere, posuit Justinus lib. XLIII. exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigiliis agere, stationem in muris observare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire.

GRUTERUS.

¹ Maxime Acholium, qui & itinera hujus Principis scripsit.] Lipsio videtur legendum & intima; Epistola XVII. Centuriæ Miscellanæ.

³ Constantine maxime.] Sic. Pal. non piissime, quod in aliis.

CASAUBONUS.

² Qui & itinera principis scripsit] Sic Alexandri Magni itinera multi descriperant: quorum libros Πιστὴς ἢ ἱστορῶν Ἀ'λεξάνδρου, Strabo, Athenæus, alii laudant. Acholius vero non itinera solum Alexandri Severi descriperat, sed & vitam illius in literas miserat: quod discrete in superioribus ostendit Lampridius. ita autem omnes codices: neque assentior emmendantibus. Nam & in hoc æmulationi videtur fuisse Alexandri Magni aliqua: sive mandatu Alexandri hujus, sive sponte sua Acholius ei argumento se accinxit.

³ Constantine Maxime.] Scripta lectio, Const. piissime.

x Sed

improbi, impuri, crudeles, abjecti, injusti, libidinosi. Jam primum possum de bonorum virorum respondere sententia, potuisse natura, quæ ubique una mater est, bonum principem nasci: deinde timore, quod pessimus esset occisus, hunc optimum factum: ¹ sed quia verum est suggerendum, clementiæ ac pietati tuæ lecta referabo. Notum est illud pietati tuæ quod in Mario Maximo legisti, meliorem esse Remp. & prope tutiorem, in qua princeps malus est, ² ea in qua sunt amici principis mali: siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi; multi autem mali non possunt ab uno, quamvis bono, ulla ratione superari. ³ Et id quidem ab Homulo ipsi Trajano dictum est, quum ille diceret Domitianum pessimum fuisse, amicos autem bonos habuisse, ⁴ atque adeo illum magis odio fuisse,

¹ Sed quia verum est suggerendum.] Id est, causa propior est afferenda. nam & allata causæ verissimæ sunt: sed gemotiores & nimis generales; illa præsertim à natura.

² Ea in qua sunt amici principis mali.] Tam verum & certum hoc, quam vere dixit Tacitus in quarta historia, nullum majus esse boni principis instrumentum, quam bonos amicos.

³ Et id quidem ab Homulo.] Vel Omulio, ut ad Pium. scripti hic, Omulio.

⁴ Atque adeo illum magis odio fuisse.] Quem? de Domitiano neque auctor sensit, ut attentius præcedentia legenti constare potest: neque potest vere hoc de illo dici; ut probat Suetonius capite octavo. illum igitur vel indefinite accipe, de omni quicunque malis hominibus Remp. commendavit: vel definite refer ad Alagabalum; quem eo maxime nomine odium bonorum incurrisse certissimum, quare suspicor scribendum, atque adeo Helioabalum. sed tutior est prior interpretatio.

GRUTERUS.

³ Et id quidem ab Homulo.] Pal. Homulio.

⁴ Atque adeo illum magis odio fuisse &c.] Aliter hac Pal. nempe, atque adeo illum magis odio fuisse quæ Remp. temporis vitæ. ille quia melius est.

SALMASIUS.

¹ Sed quia verum est suggerendum.] Scriptura Palatini Codicis: sed quæ veramissè suggerendam. legendum arbitrator, sed quia vera mihi sunt suggerenda.

³ Et id quidem ab Homulo ipsi Trajano dictum est.] Palatinus & vet. ed. ab Homulio. lege, ab Homulio. nam ita scribitur in vita Hadriani & Marci.

⁴ Atque adeo illum magis odio fuisse qui Remp. peioris vitæ hominibus commendaverat.] Quis ille qui magis odio fuit quam Domitianus, quique rempublicam peioris vitæ hominibus commendavit? Deinde quid hoc est, rempublicam peioris vitæ hominibus commendare? an Latinum satis, peioris vitæ homines, pro malis aut malæ vitæ hominibus? non satis puto, atque omnino hoc loco, ut alius quam multis correctores non passi sunt industriam suam requiri, quam abunde nobis testatam reliquerunt hac præclara sua correctione. nam ve-

qui Remp. pejoris vitæ hominibus commendaverat
quia melius est unum malum pati quam multos. Et ut
ad rem redeam, Alexander quidem & ipse optimus
fuit.

tus & optimus liber habuit: atque adeo
illum magis odio fuisse quæ republicam
temporis fuit, illa quia melius est unum
malum pati quam multos. Isaacus Ca-
saubonus pronomen illum referebat
ad Alagabalum, sed videtur minime
advertisse vir doctissimus hunc to-
tum locum de malis principibus &
eorum amicis de Mario Maximo
sumptum esse, apud quem referebat
Homullus ipsi aliquando Traja-
no dixisse, Domitianum pessimum
quidem fuisse, bonos tamen amicos
habuisse, atque ideo illum nescio
quem imperatorem, quem vitium
scripturæ hoc loco nobis dissimulat,
magis odio fuisse quam Domitia-
num, etsi multis rebus Domitiano
meliolem, hac sola ratione quod a-
micis improbis uteretur. & ratio
hæc additur, quod melius est unum
malum pati quam multos, Impera-
tor igitur aliquis querendus qui ante
Trajanum fuerit, de quo hunc ser-
monem habuerat Homullus ad Tra-
janum. memoriam autem vitæ Cæ-
sarum pervolutanti non temere alius
occurrat in quem Homulli dictum
convenire queat quam Claudius,
quem principem certum est pessimis
hominibus, libertis suis & pessimis
fæminis uxoris suis mancipatum,
tyrannorum crudelissimorum more
in republica administranda sese ges-
sisse. videndus Suetonius in ejus vita
& Scoti Victor. nihil igitur certius
quam hæc de Claudio intelligenda,
cujus & hæc nomen certissima con-
jectura restituendum. sed & totum
hunc locum sic legendum ex vestigiis
antiquæ scripturæ censemus: & id
quidem ab Homullo ipsi Trajano dictum est,
quom ille diceret Domitianum pessimum
fuisse, amicos autem bonos habuisse, atque
ideo Claudium magis odio fuisse in republica
temporis sui, quam illegitima melius est unum

malum pati quam multos. alius meliora
& certiora proferat de hoc loco, &
virum putabo. Homullus igitur di-
cebat meliolem temp. esse & tutio-
rem in qua princeps malus esset, ea
in qua sunt principis amici mali: &
dictum suum firmabat exemplo Im-
peratorum duorum Claudii & Do-
mitiani, quorum alterum amicis
suis, pessimis viris indulgentem,
omnium ordinum offensam incurris-
se; alterum vero cum longe ipse pe-
jor esset, amicos tamen meliores ha-
beret, minus odio fuisse hominibus
temporis sui quam illum alterum,
hoc est Claudium, minus quidem
malum, sed amicis pejoribus usum.
sed pace Spartiani Marique Maximi
dixerim, hoc perpetuo verum esse
non puto. immo raro aliter usu ve-
nit, ut mali principes malos etiam
amicos sibi adfiscant. ἡλιξ enim ἡ λυ-
κη πέπη, & κολοῖς πρὸς κολοῖν ἰζέ-
ναι, & ὄμοι πρὸς ὄμοιον facile
congregatur. ubi igitur gentium re-
perias principem malum malisque ar-
tibus deditam, qui amicitias suis bo-
nos viros curet jangere, eorumque
consiliis uti in republica admini-
stranda? corvos albos & cygnos ni-
gros paratus sum tibi digito monstra-
re, cum talem mihi principem dabis,
qui malus bonis viris amicis gaudeat.
pars enim boni principis optima est
bonos sibi amicos querere & concili-
are, quorum præceptis pateat, con-
siliis utatur, in rebus minimis, maxi-
mis. nam hoc vult nemo nisi bonus,
ut verbis utar nostri auctoris atque
hæc hætenus.

1 Alexander quidem & ipse optimus
fuit. Nam hoc vult nisi bonus, & optimæ
matris consiliis usus est. Locus hic non
parum mihi negotiū facessit. non
enim eam sententiam posse puta-
mus constare, quam probant eruditi
viri,

fuit. ¹ Nam hoc nemo vult nisi bonus & optimæ matris consiliis usus est: ac tamen amicos sanctos & venerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, non factiosos, non callidos, ² non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, non circumventores sui, non irrisores, ³ non qui illum quasi fatuum circumducerent: sed sanctos, venerabiles, continentes, religiosos, amantes principis sui, & qui de illo nec ipsi riderent, nec risui esse vellent: qui nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent existimationem principis sui, sed amarent. Huc accedit quod eunuchos nec in consiliis nec in ministeriis habuit, qui soli principes perdunt,

dum
viri, nisi traiectione verborum hunc in modum admissa: *Et ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipse optimus fuit, & optimæ matris consiliis usus, nam hoc nemo vult nisi bonus, ac tamen amicos sanctos, magnum igitur & validum putavit argumentum Spartianus quo probaret bonum fuisse Alexandrum, quod optimæ matris consiliis usus sit. Quis enim, inquit, hoc vellet nisi bonus? non enim cuiusvis est, bonorum consiliis uti, & iis obsequi quos optimos esse noverint, sed eorum solum qui per se optimi sunt. hic ergo sensus erit Spartiani; praterquam quod ipse Alexander optimus fuit, & optimæ matris consiliis usus est, cui se regendum dabat, etiam amicos bonos ac sanctos circa se habuit, & sic perfectum & optimum principem exhibuit. cum multi principes sint reperti qui minime quidem mali ipsi fuerunt, malis tamen amicis, quorum erant in potestate, libentius indulgendo, odium quod soli mali principes merentur, etiam incurrerunt. hæc nostra est de hoc loco sententia.*

CASAUBONUS.

¹ Nam hoc nemo vult nisi bonus.] Mutanda distinctio, *Et ipse optimus fuit: nam hoc nemo vult nisi bonus: & optimæ matris consiliis usus est. præcipuam lau-*

dem Alexandri vult fuisse, quod optimæ matris consiliis sit usus: sed hoc quoque satis magnam argumentum ait esse, ut probetur natura fuisse optimus: cum non nisi optimus quique in imperio constitutus, matris consiliis regendum se præbeat, in quo vel modum excessisse Alexandrum, atque adeo matris non sua peccata luisse, cum Juliano Casare omnes consentiunt historici. Sed cogitent eruditi de lectione quam apud Robertum à Porta offendimus: *Et ipse optimus fuit, & optime naturæ consiliis usus fuit.*

⁴ Qui illum quasi fatuum circumducerent.] Reg. circumvenirent: sed vulgata Græcum proverbium alludit, *Ἐλάσειν*, de quo ad Athenæum affine est, *πίως ἀγοῖ.*

SALMASTIUS.

² Non ad malum consentientes.] Sic ad bonum consentire. infra: *his uti aliique aliis talibus viris quid mali potuit cogitari vel fieri, quum ad bonum consentirent?*

GRUTERUS.

³ Non qui illum quasi fatuum circumducerent.] Ita & Pal. non circumvenirent: quod cum modo præcessisset, minime erat repetendum.

dum eos more gentium aut regum Persarum volunt vivere: ' qui à populo etiam amicissimum principem femovent: qui internuntii sunt, aliud quam responderetur sæpe referentes, ' claudentes principem suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat. ' Qui quum empti sint

CASAUBONUS.

1 Qui à populo etiam amicissimum principem femovent.] Melius scripti, qui à populo & amicis principem submovent. est hypallage, pro, à principe populum & amicos submovent.

2 Claudentes principem suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat.] Non soli hoc faciunt eunuchi. Vopiscus in Aeteliano: Colligunt se quatuor vel quinque, atque unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum sit: imperator qui domi clausus est verum non nocet.

3 Qui cum empti sint & pravi fuerint.] Natura pravi, & genere vitæ: qui ut ait poeta,

Ἡ μισοῦ τ' ὄρετῆς ἀπαμειβεῖ δ' ἄλιον ἄμφω.

GRUTERUS.

1 Qui à populo & amicis Principem femovent.] Adblanditur huic lectioni Pal. in quo, qui eos à populo & amicissimum movent. nimirum scribebatur femovent. prius vulgati, qui à populo etiam amicissimum Principem femovent.

SALMASIUS.

1 Qui à populo etiam amicissimum principem femovent.] Hac pura non sunt, sed à correctoribus procusa. non meliora vit doctissimus ex suis codicibus protulit. optimus Palatinus: qui eis à populo & amicissimum movent. emendo: qui sui principes perdunt, dum eis more gentium aut regum Persarum volunt vivere, qui eos à populo & amicis summovent. scriptam lectionem cum minime assequeretur primæ editionis auctor, sic eam interpolaverat, qui eos à populo etiam amicissimum principem movent. quam postea acceptam correctores validius depravarunt.

3 Qui quum empti sint & pravi fuerint.] Non temere quis hunc locum ut mendosum suspicetur. mihi sane semper ita visus est. quid enim mirum si homines pravi, nihil boni sapiunt? quam postea suspicionem etiam magis auxit liber Palatinæ Bibliothecæ in quo ita scriptum reperitur: qui cum empti sint, & pravi fuerint, quid tandem boni possunt sapere? quæ tamen verba quomodo quis recte restituat, non video, nisi si hoc modo: quum enim empti sint & evirati, quid tandem boni possunt sapere? aut enervati. sed illud evirati placet impensius, nec ita longe recedit ab antiquæ lectionis vestigiis. hoc voluisse dicere Spartianum plane exploratum habeo: homines nempe ære emptos, & viro cassos nihil boni posse sapere. duo enim in unum concurrunt, quæ Eunuchos aliquid boni posse sapere verent, & quod empti sint, & quod viri non sint. Cyrillus de hoc hominum non hominum genere: καὶ εἶθε ὁ χειρομηθεὶς δυνάστης διὰ βίης σεμνὸν καὶ ἡσυχὸν καὶ ἡμίκακον καὶ τὸ κακόν. νεῦν δὲ καὶ αἰθερον, γαστριδαλον, θηλυκαγνὸς, ἰσχυρὸν, καὶ θυρακόν, πρηνὸς πον, δρυσωρήσον, ἀνελελίθερον, δρυσωρήσον, πρηνὸς αὐτῆ τῆ γῆρας σιδηροκαταδύσον, αἰαυδρον, ἀθην, ἐπιανὸς, &c. quibus illos miseros suis coloribus scite depingit. sane si vera non est emendatio nostra, nihil veri continere editam lectionem, hoc est quod solium pro vero possum affirmare. nunc non dubito verum esse quod jam mihi venit in mentem: ita nimirum olim scriptum fuisse hunc locum: quum enim empti sint, & per vim evirati. evirati pro evirati. sic dolati pro dolati. piciti pro picati apud agrimensores in veteribus



fint & pravi fuerint, quid tandem possunt boni sapere? Erat denique ipsius sententia, *Ego de praefectorum & consulum & senatorum capitibus mancipia are empti iudicare non patiar.* Scio, imperator Constantine, quo periculo ista dicantur 'apud imperatorem' qui talibus servit, 'sed salva Republ. posteaquam intellexisti quid mali clades istae habeant, & quemadmodum

libris: *palos piceos. probitus*, in antiquis inscriptionibus, & *vocatus*, pro *vocatus & probatus*. Scriptum etiam vitiose *everiti pro eviriti*, ut supra, *ex consilibus veros pro ex consilibus viros*. in veteri exemplari exaratum fuisse notabamus. Porro *E* & *F* in veteribus libris saepius invicem mutari nemo est qui nesciat, & alteram pro altera poni. hinc *fuerit pro everiti vel eviriti* corruptum est. nihil igitur certius quam legendum esse, *per vim eviriti, vel evirati*. Petronius:

*— male pubescenibus annis
Eripere viros, exsectaque viscera ferro
In Venerem fiegere.*

1 *Apud imperatorem qui talibus servit, sed salva republica.*] Hoc loco videtur indicare Spartianus, Eunuchos aliquando sub Constantino plurimum potuisse, quos tamen postea idem princeps abiecerit, & domesticis necessitatibus delegarit, cum intellexisset pestem illos & perniciem esse Reipublicae. legendum igitur patet: *scio imperator Constantine, quo periculo ista dicantur apud imperatorem qui talibus servit, sed salva republica, posteaquam intellexisti quid mali istae clades habeant, &c.* nec alia opus emendatione. excusat se Spartianus quod tam libere dicat in id hominum genus, quibus aliquando servit Imperator. quod liberius dictum ut mitiget quodammodo, refert Imperatorem tandem magno Reipublicae bono, postquam intellexerit, quid mali haberent illae clades, removisse illos ab omni administratione, ac solis domesticis ministeriis delegavisse. dicat autem aliquis, Quid opus fuit Spartiano ex-

cusare se apud principem quod in de Eunuchis loqueretur? aut quod periculum ipsi metuendum fuit ab eo imperatore qui illi generi non amplius serviret, sed eos proflus abiecisset & abieceret? noverat auctor aegre ferre principes, cum illa rangi notarique vident quae perperam ipsi fecerunt: ideoque hac exculatione se pramunit, qua pae palam facit, non tam vituperandi optimi principis gratia quod Eunuchis aliquando servierit, hac in medium attulisse, quam laudandi, quod aliquando servire desierit, intellecto, quanto per illi essent reipublicae perniciosa, & exitiabiles.

GRUTERUS.

2 *Qui talibus servit, sed salva republica. Postquam intellexisti, &c.*] Post hoc punctum ante vocem *Postquam*, scripsi *que servit*, suavis membranarum Palatinarum. indicat enim auctor, Constantinum habuisse olim indulgentius istos eunuchos, sed tamen absque reipubl. ullo damno: postea vero ut penitus cognovit, semovisse ab omni munere publico. interim miror adhuc hanc scriptoris parthesian.

CASAUBONUS.

3 *Sed salva Republ.*] Non assequor, nisi scribatur, *sed salva reipubl. posteaquam intellexisti, &c.* iam sic haereo.

SALMASIUS.

3 *Sed salva republica.*] Hoc est, in salutem reipublicae, quae diu salva esse non potuisset, si diutius illis pestibus & cladibus reipublicae, additum se exhibuisset Imperator. nihil igitur mutandum.

principes circumveniant, & tu eos eo loci habes ut nec chlamyde uti jufferis, sed necessitatibus domesticis

1 Sed eos eo loci habes, ut nec chlamyde uti jufferis.] Varia sunt de hoc loco doctorum virorum interpretatio- num opiniones. Lipsius chlamydem fervorum aulicorum propriam fuisse vestem putat, atque sic magis chlamyde uti debuissent Eunuchi, sequitur enim domesticis necessitatibus eos delegavisse Constantinus. quinam vero alii domesticis necessitatibus principis deputati quam servi aulici? Casaubonus summotos à militia Eunuchos heic intelligit, quia chlamydem usurpare veritos, quod nullo modo mihi probatur. causas alibi afferam. Chlamys aut lacerna illis temporibus communis omnium honestiorum vestis; etiam non militantium. senatores, equites passim lacernati vel chlamydari. Gratianus, Valentinianus & Theodosius AAA. primi senatores intra urbem chlamyde uti vetuerunt. leg. 1. C. Theod. de habitu quo uti oportet intra urbem: sine exceptione matutini temporis duntaxat extra mœnia constitutus nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem: sed chlamydis terrore deposito quæta coloborem & pæmularum induat vestimenta. ante Gratianum igitur senatores etiam in urbe chlamydari. de quo nos alibi. sed & omnes qui in aula militabant in diversis officiis Palatinis, chlamydis usus fuisse certum est: non tantum eos qui revera militabant ut protectores domestici & agentes in rebus. Eunuchos qui sub aliis principibus omnia poterant in aula, & summas quasque dignitates obtinebant tam militares & Palatinas quam civiles, chlamydatos fuisse quis dubitet? Constantinus postquam Eunuchos domesticarum necessitatum ministeriis delegavit, etiam chlamydem usurpare eos prohibuit, nam regii ministri sine chlamyde, tunicati tantum semper fuere. Ammianus Marcellinus: stetit itaque subabi-

das nusquam reposito paludamento, tunica auro distincta, ut regius minister. Nonius qui illa ætate vixit: paludamentum est vestis quæ nunc chlamys dicitur. Aulici igitur ministri omnes tunicati, pincernæ, vestitores, cubicularii, & reliqui. tales & Eunuchi. postquam nihil aliud curare in Palatio sunt jussi, quam domesticas necessitates, nec ad honores ut antea, & dignitates in republica gerendas sunt admissi. hoc est quod dicit heic Spartianus, Constantinum eo loci habuisse Eunuchos, ut chlamyde eos uti vetuerit, & ministeriis domesticis delegaverit. albatii ministri imperatorum, id est albis tunicis induti. Suetonius in Domitiano: genitum fratris indignè ferens & ipsum albatos ministros habere, proclamavit, οτι αλβων πολυυγιεγνη. nec solum albæ illæ tunicæ aulicorum ministeriorum, sed etiam auro distinctæ. Lampridius supra: auratam vestem ministrorum nullus vel in publico convivio habuit. auratam vestem vocat, qualem gerebant regii ministri, tunicam albam, auro distinctam. Alexander vero albatos tantum, non etiam auratos habuit ministros. tunicæ autem illæ imperialium ministerianorum non per totum auro sparæ & intextæ, sed paragaudis hoc est loris auratis prætextæ. Cod. de vestibus holoveris leg. 11. nemo vir auratas in tunicis aut in lineis habeat paragaudas: nisi hi tantummodo quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est. albatii igitur illi ministri, & in tunicis albis, auro limbatis, nunquam vero chlamydari. sed hæc alibi pluribus in libro de officiis Augustæ domus.

CASAUBONUS.

2 Nec chlamyde uti jufferis.] Summoveris à militia.

3 Sed necessitatibus domesticis delegaveris.] Dicitur ante de Alexandro, jussos ab illo eunuchos balneas mulie-

cis delegaris. Jam illud insigne, quod solum intra Palatium præter præfectum, & Ulpianum quidem, neminem vidit: nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de aliis male loquendi, maxime occiso Turino, qui illum quasi fatuum & vâcordem sæpe vendiderat. His accessit, quod amicos & parentes Alexander si malos reperit, aut punivit, aut, si vetus vel amicitia vel necessitudo non sivit puniri, dimisit à se, dicens, *His charior est mihi tota Respubl.*

68 Et ut scias qui viri in ejus consilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui, Domitius Ulpianus juris peritissimus, Ælius Gordia-

nus

bres curare. etiam quod subjicitur pluribus dictum supra.

SALMASIVS.

3 *Sed necessitatibus domesticis delegaris.* Palatinus cum veteri primaque editione: sed de necessitatibus domesticis delegaris. cujus lectionis sensus hic esse videretur, Constantinum ne quidem ad necessitates domesticas Eunuchos retinuisse, sed eos prorsus à ministerio suo removisse. quod idem fecerat Alexander Severus, quem narrat Spatianus non uno loco Eunuchos nec in consiliis nec in ministeriis habuisse. vulgatæ tamen lectioni magis accedimus, ut Eunuchos qui omnia poterant apud Constantinum, & *in ministeriis* erant, postquam is tandem intellexisset, quam damnosi sint rebus publicis, ab eodem solis domesticis necessitatibus delegatos intelligamus, & loco ministrorum tantum habitos.

CASAUBONUS.

1 *Parentes.* Cognatos & junctos sanguine. exposuimus ante ad Marci Antonini vitam.

2 *Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius.* Filius Sabini illius viri consularis, quem Alagabalus jussit occidi, ut libro superiore dictum. In cen-

tunculis Pandectarum non memini fieri ullam Fabii Sabini mentionem. duos enim invenio Sabinos jurisconsultos in Digestorum libris: Masurium Sabinum, cui concessum est à Tiberio ut populo responderet, inquit Pomponius: & Calium Sabinum, qui teste eodem Pomponio, plurimum temporibus Vespasiani potuit. Scribit Lampridius in Alagabalo, Ulpianum ad hunc Fabium Sabinum patrem ejus qui Alexandri fuit amicus, libros scripsisse: sed errat Lampridius, ut pridem docuit Jacobus Cujacius in septimo Observationum: nam Ulpiani ad Sabinum libri, quorum in Pandectis toties mentio, non ad Fabium Sabinum scripti sunt; sed, ut videtur, ad illum veterem Masurium.

3 *Ælius Gordianus, Gordiani imperatoris pater.* Gordianum jurisconsultum nusquam invenio vel nominatum in totis L. Pandectarum libris: quod mirum non est: nam fere eorum tantum ibi fit mentio, qui de jure scripserant. sed illud mirum simul & obscurum, quod hunc Ælium Gordianum Alexandri consiliarium ait fuisse Gordiani imperatoris patrem. Tres fuerunt ejus nominis imperatores: de quocunque illorum hac interpreteris, hærebis. Primus illo-

Illorum qui vulgo Gordianus senior dicitur, cum Alexander moteretur, ad annum vitæ accedebat octuagesimum: ut ineptum sit putare adhuc Alexandri imperio patrem illius fuisse superstitem, & consiliorum imperatoris participem. Adde quod neque ex Ælia gente fuisse traditur Gordianus qui imperavit: neque à patre cognomen Gordiani habuisse, sed vel à matre vel aliquo alio è cognatione materna. nam parentibus natum scribit Capitolinus Metio Marullo & Ulpia Gordiana. Nunquam igitur efficeret Lampridius, ut Ælius iste Gordianus pater senioris Gordiani esse potuerit, ne adoptione quidem: cum repugnet manifestissime ratio temporum. Absurdum æque sit, de juniori Gordiano prioris filio accipere: nec minus de tertio, quem filio senioris quidam, plures filia ortum scripserunt. nam quare diceretur horum alteruter imperator, potius quam pater aut avus: cum ab illo ceu fonte, derivatum sit in ipsos impetium? Arbitror ex istis constare miris modis hallucinatum Lampridium, si ita scripsit. & mirum profecto hæc tanta absurda à nemine adhuc, quod sciam, fuisse animadversa. Sed nos putamus factam Lampridio injuriam, & à mala manu esse illa, Gordiani imperatoris pater. dele igitur, si me audis, & scribe, Ælius Gordianus, & ipse revera vir insignis.

GRUTERVS.

3 Ælius Gordianus, Gordiani Imperatoris pater, & ipse revera vir insignis. Pal. servat: Ælius Gordiani Imperatoris ipsa res viri insignis.

SALMASIUS.

3 Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater & ipse revera vir insignis. Offendit hic locus & hic Gordianus eruditissimos viros. & sane si rem ipsam putemus, quem non offenderet, & sic inquinatus locus, & sic plane incognitus Gordianus? si hoc præstamus, ut & vitiosam lectionem emendemus, & hunc Gordianum,

quis sit, indicemus; quod erit pretium industriæ? si nihil aliud, gratiam certe me initura spero ab humanis & eruditis lectoribus. sed prius proponamus antiq. scriptur. quæ parum distat ab excusa, tamen distat: sic igitur habet illa: Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris ipsa res viri insignis. nec mutat editio princeps, nisi quod sic legit postrema hæc verba: ipsa res viri insignis. huic loco eximie id nocuisse video, quod aliis sexcentis labem attulit, per singulas nempe literas compendiarium scribendi rationem. sic enim olim apud auctorem fuisse scriptum liquido jurare ausim.

Ant. Gordianus Gordiani Imp. f. & ipse Imp. vir insignis. hoc est, Antoninus Gordianus Gordiani Imperatoris filius, & ipse imperator vir insignis. de alio autem aliquo Gordiano somniare qui illa tempestate vixerit & in consiliis fuerit Alexandri Severi, & vir insignis audire meruerit, præter hunc Gordianum Imperatorem & Imperatoris filium, non possumus. quare de filio magis quam de patre hæc capiamus, cum pater etiam sub Alexandro fuerit, & apud illum plurimum valuerit, & Proconsul in Africam missus sit, ratio est, quod hunc Gordianum inter Jurisconsultos medium collocat, quasi qui & ipse Jurisconsultus fuerit. hoc de Gordiano filio verum est, quem & præturam urbanam Alexandro auctore tenuisse refert in ejus vita Capitolinus, in qua prætura tantus jurisdictionis gratia fuit, ut statim consulatum quem pater sero acceperat crederetur. Capitolini verba sunt sed & ipsum quoque de jure respondisse testis his verbis idem Capitolinus: nec tamen in vita sua fortune bonis unquam degeneravit, semperque inter illusterrimos fuit, nec civibus, nec republica ad consultationem defuit. statim per hæc verba liquet & consultum juris fuisse Gordianum, de quo jure respondisse, & eum hoc nomine inter Jurisconsultos qui in consiliis Alexandri fuere, recte poni ab Spartiano? Ælius autem pro Antoninus temere irrepsit, cum scriptum fuisset

nus Gordiani imperatoris pater, & ipse re vera vir insignis: Julius Paulus juris peritissimus,² Claudius Venatus orator amplissimus:³ Pomponius legum peritissimus,

Ant. atque ita ejus illud nomen scriptum in vetere nummo argenteo qui penes me est: IMP. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. P. M. TR. COSS. PP.

1 Julius Paulus juris peritissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus.] Sequitur in omnibus editionibus catalogus multorum Jurisconsultorum nudo tenus nomine positorum inter consiliarios Alexandri, quorum tamen plures ante Alexandrum non parvo intervallo vixisse certa fides est. sed illos merito non agnoscunt veteres membranæ. apparet igitur ab aliquo sciolo juris semidoctore huc per vim, perque inscientiam insultos & intrusos esse, qui putaret juris omnes illos prudentes qui in Pandectis leguntur, & nominantur, una eademque ætate vixisse quæ Alexandri Severi fuit, quod videret nempe Paulum & Ulpianum, & *vo-
mu* coryphæos sub illo Imperatore claruisse. illud etiam unum satis evincit non ab auctore sic nuda posita istorum virorum nomina qui in consiliis fuerunt Alexandri, quod eum ostendere satis agat Spartianus qui & quales viri extiterint, qui in ejus consilio fuerunt, omnes splendidis elogiis ornet, & ut scias, inquit, qui viri in ejus consilio fuerint: at quomodo sciemus qui viri fuerint, si nuda & arida tantum eorum nomina heic habeamus? debuit igitur elogio adposito vel nota quadam conditionis & vitæ nobis illos notos facere, quos ita claros & insignes fuisse in consilio Alexandri conatur demonstrare, atque ita sane auctor fecerat. si enim expungamus illos insertitios, neminem absque elogio positum animadvertemus. Nos igitur virum eruditissimum non sequimur, qui minime putabat ista inducenda tanquam spuria & subdita, sed magis

vetustis membranas, quæ omnia hæc inducunt, quibus auctoribus non dubito totum hunc locum sic legere & constituere: & ut scias qui viri ejus consilio fuerunt, Fabius Sabianus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui: Domitius Ulpianus juris peritissimus: Antoninus Gordianus Gordiani imperatoris filius, & ipse imperator vir insignis: Julius Paulus juris peritissimus: Claudius Venatus orator amplissimus: Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctissimus: Titus Severianus omnium vir sanctissimus: Quintilius Marcellus quo meliorem ne hystoria quidem continent. nemo igitur posthac ætatem qua vixerunt Jurisconsulti qui in hoc albo corrupto referuntur, ex isto loco Spartiani conetur erucere. nugas enim ager ille quisquis erit, nisi ad solos illos adferendos Alexandri temporibus id faciet, qui in hac nostra animadversione, ex optimarum membranarum auctoritate recensentur.

GRVTERVS

2 Claudius Venatus.] Pal. Venatus. forte Benacus.

3 Pomponius legum peritissimus, &c.] Ist hæc & sequentia omnia, utque ad Catilius Severus, non comparent in Palatino; quæ cum item non agnoscantur à codicibus, quos excussit diligentissimus Casaubonus noster, vix causa est, cur non debeant obelo figi.

CASAUBONUS.

2 Claudius Venatus orator amplissimus.] Hunc quoque alibi non invenio.

3 Pomponius legum peritissimus.] Multos hic inter Alexandri consiliarios nominari Jurisconsultos, qui ætate longe illum antecesserint, nemini obscurum esse potest, qui in Pandectarum lectione paulo diligentius fuerit

mus, ¹ Alphenus, ² Aphricanus, ³ Florentinus, Marti-
anus, Callistratus, Hermogenes, Venulejus, ⁴ Tripho-
nius, ⁵ Metianus, ⁶ Celsus, Proculus, ⁷ Modestinus: hi
omnes

fuerit aliquando versatus. quare me-
mini Jacobum Cujacium multis suo-
rum scriptorum locis Lampridii fi-
dem hic & diligentiam desiderare.
Sed absolunt culpa Lampridium ve-
teres membranae regia bibliotheca
& Puteani: quæ nominibus omnium
pretermissis, qui in vulgatis libris
post Claudium Venatum recen-
sentur, Venato statim Carilium Seve-
rum subjungunt. absunt enim omnia
hæc à veteribus illis codicibus: Pom-
ponius legum peritissimus, Alphenus, A-
phricanus, Florentinus, Marcianus, Calli-
stratus, Hermogenes, Venulejus, Trypho-
nius, Metianus, Celsus, Proculus, Mode-
stinus: hi omnes juris professores discipu-
li fuerunt splendidissimi Papiniani, &
Alexandri imperatoris familiares & scii,
ut scribit Acholius & Marius Maximus.
Quid igitur dicemus: an hæc omnia
pro subdititiis & adulterinis indu-
cenda censuimus? equidem non pu-
to: multi enim in hoc albo conti-
nentur Alexandri æquales quorum
nomina recensuisse hic Lampridium,
non dubito: dixit enim vitæ hujus
initio, viginti minimum jurisperitos
Alexandro solitos adesse: neque fit
mihi verisimile è tam multis qui A-
lexandri consilia participarunt, solos
octo eos hic à Lampridio fuisse no-
minatos, qui sublatis verbis superio-
ribus, supersunt reliqui. Sed videa-
mus breviter de singulis quorum hic
nomina ponuntur: nam ita melius
quid de universo loco sit pronuntian-
dum cognosceimus.

Pomponius legum p. Videtur voluisse:
etsi enim non constat satis qua ætate
Pomponius vixerit, antiquiorem ta-
men Alexandri sæculo certum fuisse.
nam Ulpianus, Paulus, Marcianus
non ut æqualis hujus meminerunt;
sed ut multo vetustioris. ipse Pom-
ponius libro singulari cui titulum fe-

cerat Enchiridium, priorum jurispe-
ritorum successionem ultra Salvium
Julianum non persequitur.

¹ *Alphenus.*] Alphenus Varum
sæpe leges in Pandectis; sed antiquis-
simus, Servii Sulpitii discipulum, ut
auctor est Pomponius. huic cogno-
minem alium fuisse Alexandri tem-
poribus conicere possumus ex hoc
loco: probare non possumus. jure
igitur suspectum hoc nomen.

² *Aphricanus.*] Et hoc suspectum:
imo palam *voluerit*, nisi ipsius est
Lampridii peccatum. de ætate Afri-
cani lege quæ scripsit Jacobus Cuj-
acius, quo doctiorem, acutiorem, aut
judicii sincerioris jurisconsultum
nulla ætas vidit, nulla, opinor, vide-
bit. nam istum ardorem ludima-
gistrum, qui à mortu scriptorum Cuj-
acii non magis scit temperare, quam
à corio uncto canis abstereri, pro-
cerito circumferendum omnes *peccata*
quæ non judicabunt, qui peponem cor-
dis loco non habebunt.

³ *Florentinus, Martianus, Callistra-
tus, Hermogenes, Venulejus.*] Quinque
hi inter Papiniani discipulos fuerunt:
neque causam video cur eorum no-
mina debeant esse suspecta. Martia-
nus, in Pandectis nominatur Ælius
Martianus: Hermogenes semper ibi est
Hermogenianus. Venulejus est, nisi
fallimur, Q. Claudius Venulejus Sa-
turninus, ex cujus libris decerpti
multi flosculi hodieque in Pandectis
leguntur.

⁴ *Triphonius.*] Videtur esse Clau-
dus Triphonius: sed errat in isto
Lampridius: nisi est nomen ab alie-
na manu. vide Cujacium libro septi-
mo Observationum, capite secundo.

⁵ *Metianus.*] Non alius hoc no-
mine mihi notus, nisi Volusius Mæ-
tianus: quo Magistro usus in jure dis-
cendo Marcus Antoninus, ut ante di-

omnes juris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & socii, ut scribit Acholius & Marius Maximus, ¹ Catilius Severus cognatus ejus vir omnium doctissimus, ² Ælius Serenianus omnium vir sanctissimus, ³ Quintilius Marcellus quo meliorem ne historię quidem continent. His tot atque aliis talibus viris quid mali potuit cogitari vel fieri, ⁴ quum ad bonum consentirent? ⁵ Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui circumveniant Alexandrum primis diebus, sed prudentia juvenis ⁶ his malis occisis atque depulsis, amicitia ista sancta convaluit. ⁷ Hi sunt qui bonum principem suum fecerunt:

Æum est. quare errorem vides, five auctoris, five illius qui Lampridii album corrupit, auxitque.

⁶ *Celsus, Proculus.*] Nisi fuerunt alii cognomines iis de quibus Pomponius, inepte hic recensentur.

⁷ *Modestinus.*] Recte. nam constat sub Alexandro vixisse, & sequentibus etiam principibus.

GRUTERUS.

¹ *Catilius Severus.*] Non dissentit in nomine isto à vulgatis Pal.

⁵ *Et eos quidem malorum cohors depulerat qui, &c.*] Melius fortasse Pal. *Et hos quidem malorum cohors depulerat, quae circumveniat, &c.*

⁶ *His malis occisis atque depulsis.*] Palat. non habet duas voces priores, his malis.

CASAUBONUS.

¹ *Catilius Severus.*] Regius, *Catilius Sev.* Eo nomine & cognomine plures in historia Romana, atque Fastis; atque adeo in libris superioribus: sed illi ab antiquo Romani, non Syri, ut hic videtur fuisse.

² *Ælius Serenianus.*] Reg. *Ælius Serenatus.* sed puto verius *Serenianus.* assentior enim illustrissimo viro, Cæsari Baronio, qui Ælium Serenianum

hunc arbitratur esse, Cappadocię præsidem: cujus meminit Firmilianus episcopus Cæsareę in Cappadocię, in epistola ad Cyprianum.

³ *Quintilius Marcellus.*] Sic malo, quam ut regius, *Quintillus Mar.* esse hunc Marcellum qui Alexandro fuit collega in secundo consulatu, Onaphrii conjectura est; cui & nos accedimus.

SALMASIUS.

⁴ *Quum ad bonum consentirent.*] Veditio: *sentirent.* sed supra sic jam dixit, *ad malum consentire:* non callidos, non ad malum consentientes.

⁷ *Hi sunt qui bonum principem suum fecerunt.*] Optima, & indubitatissima conjectura heic lege: *hi sunt qui bonum principem Syrum, vel, Sarum fecerunt.* atque heic finit disputatio quam supra ab his verbis instituerat: *Soles quærente Constantine Maxime, quid sit quod hominem Syrum & alienigenam talem principem fecerit, quem tot Romani generis, & aliarum provinciarum repperiant: ut improbi, impuri, crudelēs, &c.* definit igitur hoc loco Spartianus bonos amicos, & quales superius nominavit, viros sanctissimos, gravissimos, doctissimos, bonum principem, hominem Syrum

runt: & item amici mali; ¹ qui Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt ² suis vitiis laborantes.

Syrum fecisse; ut contra amicos malos, pessimos principes, homines Romanos posteris tradidisse. sic igitur legendum: *hi sunt qui bonum principem Syrum fecerunt: ut item amici mali Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt suis vitiis laborantes.* *surum* scriptum patet fuisse, pro *Syrum*, ex quo *suus* facile factum est. sic infra *Suria* idem optimus liber scriptum exhibebat.

CASaubonus.

¹ *Qui Romanos pessimos etiam posteris*

tradiderunt.] Addit *Romanos*, verba respiciens proposita à Constantino quaestioni: quid Alexandrum hominem Syrum tam bonum fecisset principem; cum multi etiam Romani fuissent pessimi.

² *Vitiis suis laborantes.*] *Suis*, nempe consiliariorum. transmittunt enim vitia sua mali consiliarii in principes quorum consilia regunt. dictum verissimum & omnium saeculorum experientia comprobatum.

FINIS TOMI PRIMI.

